Christo venti & mare obediunt, matt. 8 c. marc. 4 d. luc. 8 d

Christum dæmonium habere, Samaritanum esse, & virtute Beelzebub miracula operari blasphemant Iudæi: quod rejicit, mat. 12 c. ioan. 8 f

INDEX VTRIVSQUE

- Christo cū Belial nulla est conuentio, 2. cor. 6. c.
 Christus satanzę potestate fortior, alioqui à pote-
 state eius non liberaret homines, matt. 12. c.
 marc. 3. c. luc. 11. b
 Christus sua bona voluntate dedit vitam suam
 pro ouibus, ioan. 10. c
 Christū mori necesse esse, prophetizauerat Cal-
 phas, ioan. 11. g
 Christus præfinito dei consilio traditus in mor-
 tem, act. 2. d
 Christus mirabili ardore baptizari baptismo
 mortis pro nobis optat, luc. 12. f
 Christus diligens nos peccatores, tradit semet-
 ipsum pro nobis, galat. 2. d. ephes. 5. a
 Christū à morte reuocare conatur Petr9, matt.
 26. d. Idem tentat vxor Pilati, matt. 27. b
 Vt Christum occidant, consultant sacerdotum
 principes, matt. 26. a. marc. 14. a. luc. 22. a
 Christum vendit Iudas principibus sacerdotū
 triginta argenteis, matt. 26. b. marc. 14. b. luc. 22. a.
 zach. 11. c
 Christi anima tristis vsq; ad mortem, matt. 26. d
 Christus horrore mortis sanguinem sudat,
 luc. 22. e
 Christus saluum fieri à morte orat, mox mori cu-
 pit iuxta patris voluntatem, math. 26. d
 ioan. 12. d
 Christus it obuiam Iudzę proditori, ioan. 18. a
 Christus comprehenditur à Iudzæis, matt. 26. e
 Christus petit abire suis discipulis permitti, &
 quare, ioan. 13. b
 Christus Annam de doctrina ipsum interrogan-
 tem ad publicū testimonium relegat, ioan. 18. d
 Christus impingenti sibi alapam, mansuetissime
 respondet illum non bene agere, ferens nihilomi-
 nus

- nus, ioan. 13 d. isa. 53 c
 Christus ne verbum quidē falsis testibus respon-
 det, matt. 26 f. 27 b. psal. 37. vers. 15
 Christum illum promissum se esse confitetur Ie-
 sus Caiphæ, matt. 26. f
 In Christo nulla causa mortis inuenitur à Pilato,
 ioan. 19. a
 Christi innocentia, & puritas, isa. 53 c. psal. 17.
 vers. 23
 Christum crucifigi petit turba persuasa à sacer-
 dotibus, matt. 27 c
 Christus illuditur, matt. 27 c
 Christi corporis plagæ, psal. 22. vers. 18
 Christi inimicis pœnitentibus, venia promittit,
 isa. 50. d
 Christus morti adiudicatur, matt. 27. c
 Christus extra portā Ierusalē patitur, heb. 13. b
 Christus ducitur ad mortem, matt. 27. c
 Christum Iesum esse, regemq; Iudæorum scri-
 bit Pilatus, Iudæis cōtradicientibus, matt. 27. e
 Christus crucifigitur ex infirmitate corporis su-
 scepi, 2. corint. 13. b
 Christus se derelictum in cruce clamat, mat. 27. e
 psal. 68. versu. 5. & 85. vers. 1
 In Christum opprobria Iudæorum, matt. 27. e
 Christi ignominia & gloria sub typo Iesu sacer-
 dotis, zacha. 3. a
 Christi mors predicatur, danie. 9. g
 Christi mors & resurrectio, psal. 3
 De Christi passione, zacha. 13. c
 Christi obedientia vsq; ad mortem, isa. 50. b
 CHRISTVS moritur, matt. 27. f
 Christus pro persecutoribus orat, luc. 23. e. Idem
 facit & Stephanus, act. 7. g
 CHRISTVS MORITVR, matt. 27. f. suam
 H 4 osten

INDEX VTRIVSQUE

ostendens charitatem, roma. 5 b. semel & vnica
morte satisfaciens pro peccatis nostris, rom. 4 d
6 b. heb. 9 g. isa. 53 a. vt credentes, vitam eternam
haberemus, ioan. 3 b. & post hac ei viueremus,
non peccato, 2. corint. 5 c

Christum crucifigunt Iudæi per ignorantiam,
Iuc. 23 e. act. 3 d. 1. corint. 3 b

Christi descensus ad inferos, psal. 15. vers. 10

RESVRREXIT CHRISTVS, resurgentiū
omnium primitiæ, quem sequemur qui in aduen
tum eius credimus, 1. corin. 15 c. d. apoc. 1 b. colof.
1 c. vt nos iustificaret, rom. 4 d

Christi resurrectio, psal. 15. vers. 11

Christi resurrectionis virtus, osee. 6 a

Christus post resurrectionem, misericordiam pa
tris, & eius veritatem annuntiat Iudæis & gen
tibus, psal. 55

Christi gratiarum actio pro admirāda eius a deo
liberatione, psal. 39. vers. 1

Christus nuntiantibus suam resurrectionem, oc
currit, vtq; eam fratribus nuntient, precipit,
matt. 28 b

Christus apparet Marię Magdalene post resur
rectionem, marc. 16 c

Christus quibus visus sit post resurrectionem,
1. corint. 15 b

Christus mortis & inferni victor, osee. 13 b

Christi triumphus, psal. 67. vers. 18

Christi exaltatio & humiliatio, isa. 52 b

CHRISTVS ASCENDIT IN cælum
marc. 16 d. Iuc. 24 g. act. 1 b

CHRISTVS sedet in dextera dei patris
coloff. 3 a. heb. 1 a. 10 c. 12 a. act. 7 g

Christus perficit omnia in omnibus, ephe. 1 d

Christo regnāte, sapientia huius seculi euacuata,
isa.

TESTAMENTI.

isa. 33 c.

CHRISTVS SECVNDO APPAREBIT,

heb. 9 g. quo cū & apparebimus in gloria, col. 3 a

Christi iudicium, matt. 3 c. malach. 3 b. sapien. 5 b.

Christus inimicos suos occidi iubet, lucæ. 19 b.

isa. 63 a.

Christo omnia subiecta, 1. corint. 15 d. ephesi 1 d.

hebr. 2 a. & in omnibus primatum tenet, col. 1 c.

Per Christum data nobis a deo victoria peccati,

mortis & inferni, 1. corin. 15 g

Christus constitutus a deo super suam domum

ecclesiam, 1. corint. 3 d. heb. 3 b

Per Christum omnia pater reconciliavit sibi,

coloss. 1 c

Christum certo VENISSE scribit iohannes, quē

viderit & tetigerit, 1. iohan. 1 a.

Christum induisse carnem nostram, testificantur

super terram, baptismus eius, mors, sanguinisque

eius effusio, & spiritus, quem moriens commende-

davit in manus patris, 1. iohan. 5 b.

In Christum credentibus lætitia, isa. 35 c

Vt ad Christū ACCEDAMVS cū vero corde

& fide exhortatio, heb. 4 d. 10 d

Ad Christum confugiendum, isa. 11 a

Per Christum petentes quicquam, a deo exaudi-

untur, isa. 65 d. iohan. 14 b. 16 c

Christus pro exēplo nobis proponitur, philip. 2

a. 1. pet. 2 d. vt eum induamus, & sequamur vesti-

gia eius, rom. 13 d

Vt Christum sequamur exhortatio, hebr. 13 b.

non vt temporalia possideantur, matt. 8 c. luc. 9 c.

vt volebant qui constituturi erant eum regem,

ioan. 6 c

Sicut Christus ambulavit, debem⁹ & nos ambu-

lare: si dicamus nos manere in ipso, 1. iohan. 2 a

INDEX VTRIVSQVE

CHRISTVS corporalem suā præsentia nō semper futuram apostolis prædicat, matt. 26 b

Christus ad consummationem vsque seculi futurus cum suis, matt. 28 d

Christus a patre fidelium curam suscipit, zacha. 11 a.

Christus magna lenitate parauit sibi regnum isa. 42 a

Christi regnum æternum, psal. 71. vers. 5. isai. 9 b. 32 d. 33 d. 65 d. iere. 33 d. danie. 7 g. 7 g. luc. 1 c. gene. 49 b.

In Christi regnū vocantur Israelitæ, michæ. 4 b.

Christi potentia dilatatio, zacha. 9 c

Christo & fidelibus impij non possunt nocere, psal. 90.

CHRISTVS se obiisse legationē suam, & docuisse quæ & quos volebat doceri, confitetur patri, ioan. 17 b. euangelium annūciauit: iam qui pereunt, sua culpa pereunt, ioan. 3 d. 12 g

QVI CHRISTVM non diligit, anathema sit, 1. corin. 16 d

CHRISTVS Iudeis inseruiuit, declarans patre veracem in suis promissionibus: inseruiuit & gentibus, patefaciens patris sui misericordiam, rom. 15 b

Per Christum Iudeis & gentibus accessus ad patrem, ephe. 2 d. 3 b

CHRISTI NOMINA isa. 9 b.

CHRISTVS ADVOCATVS NOSTER, 1. ioan. 2 a. Vultui dei apparens pro nobis in celis hebr. 9 f. & intercedens semper pro nobis apud patrem, rom. 8 g

Christus agnus oblati pro redemptione nostra ioan. 1 e. apoc. 5 c

Christus APOSTOLVS NOSTER ET PONTIFEX

TESTAMENTI.

- PONTIFEX, heb. 2 d. 3 a
- CHRISTVS caput ecclesie, cuius principatus
 omnis in cælis & in terra, ephes. 1 d. 4 d. coloss. 1
 c. 2 b. osee 1 d
- Christus caput viri, 1. corint. 11 a
- Christus dominus, matt. 12 a. ioan. 13 b.
- Christus dux Israelis ex Berthelem nasciturus,
 michæ. 5 a
- Christus expectatio gentium, isa. 51 b
- Christus, filius dei altissimi, luc. 1 c d
- Christus filius hominis, matth. 8 c. 12 a. 24 c.
 26 a. marc. 2 b. 9 c. 10 e. 13 e. 14 e. luc. 5 e. 9 c. 18 b. 22
 c. ioan. 8 e.
- Christus gratie & veritatis fons, zacha. 13 a
- Christus fundamentum ecclesie, apostolorum &
 prophetarum, 1. corint. 3 c. ephes. 2 d.
- Christus gloria & consolatio Israel, luc. 2 c d
- Christus hæres vniuersorum, heb. 1 a.
- Christi hæreditas, psal. 15. vers. 5
- Christus iustus, 1. ioan. 2 d
- Christus iustitia nostra, isa. 45 b. 53 d
- Christus lapis viuus angularis reprobatus a Iu-
 deis ædificantibus, coniungens Iudæos & gen-
 tes in vnum populum, matt. 21 d. luc. 20 b. 1. petr.
 2 b. danie. 9 g
- Christus promittit se liberatorem affuturum ec-
 clesie quam redemit, isa. 43 a
- Christus lux vera, ioan. 1 a. 8 b. 1. ioan. 1 b
- Christus MAGISTER NOSTER VNVS,
 matt. 10 c. 23 a. ioan. 13 b. ioel 2 f
- Christus MEDIATOR NOSTER, 1. timot. 2
 b. heb. 8 b. 9 d. 12 f
- Christus medicus peccatorum, matt. 9 b, marc. 2
 c. luc. 5 f
- Christus ostium per quod intratur ad vitam,
 ioan.

INDEX VTRIVSQUE

ioan. 10 b

Christus pastor bonus, ioan. 10 b. psal. 22. iere. 23 a.

Christus factus pro nobis peccatum, confitetur conscientia^{rum} terrorem & animi angustiam, psal. 37. vers. 1

Christus petra, 1. corint. 10 a.

Christus primogenitus inter fratres a deo adoptatos, rom. 8 f

Christus princeps pastorum, 1. pe. 5 a.

Christus princeps regum terræ, apoc. 1 b.

Christus ecclesie propugnator, zacha. 14 a

Christus repropitiatio & reconciliatio pro peccatis nostris, rom. 5 b. 1. ioan. 1 a. 4 c

Christus peccata remittendi potestatem habet, matt. 9 a. marc. 2 a. luc. 5 e

Christus vnus populi Christiani rex & pastor vnus atque æternus, psal. 2. zacha. 14 c. ezechi. 37. g. 34 f.

Christi regis & sacerdotis figura, zacha. 6 c.

Christus regem Iudeorum se esse confitetur, matt. 27 b

Christus saluator mundi, luc. 2 b. 1. ioan. 4 c

Christus credentibus salus, isa. 28 d

Christus salus gentium, gene. 49 b. isa. 49 b

Christus spes nostra, sapientia, iustitia, sanctificatio & redemptio, coloss. 1 d. 1. corin. 1 d

Christus sponsus, matt. 9 b

Christus verbum vitæ, ioan. 1 a. 1. ioan. 1 a.

Christus via, veritas & vita, ioan. 1 a. 14 a. 1. ioan. 1 a. isa. 35 c

Christus virga, siue flos de David prædicitur, & qualis rex sit futurus, isa. 11 a.

Christus vitis: Christiani, palmites, ioan. 15 a

Christus vnctus, psal. 44. vers. 9. isa. 61 a

Christi

TESTAMENTI.

63

Christi infantuli fortitudine Damascus & Samaria expoliantur, isa. 8 a.

Christi figura, Adam, rom. 5 c.

Christus domini, Saul, 1. reg. 26 a b. 2. reg. 1 c

Christus dei, vnctus a deo in regem ipse Dauid, 2. reg. 23 a.

Christos venturos libertatem promittentes Iudæis ante eorum excidium, prædicat Christus, matt. 24 a

Christiani

CHRISTIANI primi dicti sunt Antiochenes, act. 11 d

Christiani a deo docti, isa. 54 d.

Christianorum puritas ob cognitum euangeliū, Isaïæ 11 b.

Christianorum gaudium ob liberationem suam per Christum, isa. 9 a

Christianorum gratiarum actio, pro dei misericordia per Christum eis facta, isa. 12 a

Chufai

Chufai volentem sequi, remittit Dauid in Ierusalem, vt quicquid audiret de filio Absalom renuntiaret ei in campetribus latitanti, 2. reg. 15 g

Per Chufai deus dissipat consilium Achitophel, quo liberetur Dauid, & pereat Absalom, 2. reg. 17 a b c.

Chufai missis Achimaa & Ionatha, indicat Dauidi consilium Achitophel quale fuisset: simul vt fugiat hortatur, 2. reg. 17 d e

Chusanrafathaim

Chusanrafathaim regi Syriæ seruiunt Israelicæ propter idololatriam, qui postea traditur a deo in manus Othonielis iudicis, iudic. 3 b

Chusi

Chusi a Ioab missus, nuntiat Dauidi victoriam de Absalom

INDEX VTRIVSQUE

de Absalom, & ipsum Absalom mortuum, 1. reg. 18 e f g.

Cibus

Ciborū concessio præter suffocatum, gene. 9 a

Cibus Salomonis quotidianus, 3. reg. 4 c

Ciborum reliquias, saturata Ruth defert ad socrum suam Noemi, ruth 2 d

Cibus immundus, leuit. 11 e f.

Cibus omnibus licere vesci fidelibus, ostēdit deus Petro per visionem, act. 10 b. rom. 14 a

Cibi creati a deo ad percipiendum cum gratiarū actione, 1. timo. 4 a.

Cibus sanctificatur per verbum dei quo credimus omnia nobis esse sancta: & per orationem, 1. timo. 4 b

Ob Ciborum delectum non iudicandus frater: neque ob cibum occasio mali ei præbenda est, rom. 14 b d

A Cibus abstinere docentes, doctrinā dæmoniorum docent, 1. timo. 4 a

Cibus Christi, ioan. 4 d

Cibatur Dauid famelicus cum populo in deserto providentia dei, 2. reg. 17 g

Cibaria iubet Iosue præparari, vt terram Chanaan ingrediatur, iof. 1 c

Ciconia.

Ciconiam non comedebant Iudæi, deut. 14 b

Cinçi

Cinçi foceri Moyfi, filij, habitant cum Iuda, iudicum 1 d.

Cinço misericordie pepercit Saul cum iret contra Amalecitas, 1. reg. 15 a

Cinçorum destructionem prædicit Balaam, nume, 24 a.

Cinis,

Cinere

Cinere aspersa caput Thamar, scissa veste & manibus super caput, dolet, clamat se eijci ab Amnone, post stuprum secum admissum, 2. regum 13 d.

Cinere capita aspergebant veteres, in signum luctus, vt vides, iudith 4 d. esther 4 a. 16 c. iob 42 a. iere. 6 g. 23 g. iohan. 3 b

Ciniphes.

Ciniphes in hominibus & iumentis, exo. 3 d

Circuncifus

Circuncifio

Circuncifus nullus fuerat per quadraginta annos, quibus fuerant Israelitæ in desertis: idcirco illos qui nati fuerant in deserto, transmissio Jordane, Iosue præcepto dei, circuncidit, iosue 5 b.

Circuncifionem præcipit Abraham & semini eius deus, quæ signum erat quod deus esset deus ipsorum, cui soli fiderent, gene. 17 b

Qui Circuncifus non esset, occidendus erat, gene. 17 b

Circuncidebatur infans octauo die, gene. 17 b.

Circuncidit se Abraham, Ismahelem, & domesticos omnes, gene. 17 d.

Circūcidit Sephora filium suum, filium Moysi, timens sibi a deo, exo. 4 f.

Circuncifio secunda sub Iosue facta, & quam ob rem, iosue 5 a.

Circuncidi petunt dolose Sichimitas filij Iacob antequam possint ipsis foederari, gene. 34 c

Circuncifio data patribus ante legem, in signum promissionis eis factæ, iohan. 7 c

Circunciditur Ioannes baptista, luc. 1 f.

Circūciditur Christus, nomenque IESVS ei imponitur, luc. 2 d

Circuna

INDEX VTRIVSQUE

Circumcidi non oportere gentes, scribunt aposto-
li, act. 15 e.

Circumcidit Timotheū Paulus, & quare, act. 16 a

Non circumcidit Titum gentilem Paulus, & qua-
re, galat. 2 a.

Circumcidi Galatas cogebant pseudoapostoli, &
quare, gala. 6 c

Circumcidendū præputiū cordis, deut. 10 d. 30 b.

Ad Circumcisionem præputij cordis exhortatio,
iere. 4 a.

Circumcisio cordis in spiritu, detractio omnium
terrenarum cupiditatum a corde & mente fideli-
um: vt seruiamus deo, vera est circumcisio, roma.

2 d. philip. 3 a. qua circumcisio nos circumcidit
Christus, coloss. 2 b. deut. 30 b

Circunuenire

Circunuenit Laban ipsum Iacob, gene. 31 a.

Ne Circunueniamus in negotio fratrem,
1. thessa. 4 b

Cisterna

De Cisternam fodiente in quam bos ceciderit,
exod. 21 f

Ciuitas

Ciuitas prima, Henoch, gene. 4 c

Ciuitas refugij, deut. 4 g. 19 a. iof. 20

Ciuitas Dauid, quæ & arx Syon dicitur, 2. reg. 5
b. 1. para. 11 b.

Ciuitatis Ierusalem portæ, Ezech. 48 d

Ciuitatis portio in terra promissionis, ezech. 48
b. 45 b.

Ciuitas, cuius habitatores abducti sunt a fiducia
in deum, & conuersi sunt ad idola, iubetur a deo
comburī, & ipsos habitatores occidī, deute.
19. c d.

Hic Ciuitatē permanentē nō habemus, heb. 13 c.

Ciuitas

TESTAMENTI. 69

Ciuitas supra montem posita nō potest abscondi, matt. 5 b

Ciuitatis nouæ Ierusalem visio, apoc. 3 c. 21 a. cuius artifex & conditor deus, heb. 11 b

Clamans

Clamare

Clamor

Clamantes ad se in afflictione respicit deus, deut. 26 b. 2. reg. 22 c

Clamantes ad dominum filij Israel, in angustijs exaudit deus, exod. 3 b. 14 c. 1. reg. 9 c.

Clamans ad dominum populus Israel, agnoscit peccatum & eruitur, 1. reg. 12 b

Clamare non cessant ad deum Israelitæ, tametsi dixisset se non liberaturum eos, confitentes semper peccata, & pœnitentiam agentes proijciendo idola, iudicum 10 c

Clamant ad deum Israelitæ ab ipso afflicti ob idolatriam, & liberantur ab eo, exod. 2 d. iudicum 3 b. 10 c.

Clamat Moyfes ad deum pro filijs Israel, quos persequebatur Pharaos, exo. 14 d.

Clamat Moyfes ad deum pro aqua, exod. 17 b

Clamat ad deum Moyfes, vt dulcescant aquæ amaræ, exod. 15 f.

Clamante Samuele pro Israelitis ad dominū contra Philisthæos, exauditur, 1. reg. 7 c

Clamat ad deum sitiens Samson, & dat illi aquas e dente molari maxillæ asini, qua mille viros occiderat, iudicum 15 d

Clamantes inimici Dauid, a deo non exaudiebantur, 2. reg. 22 d

Clamor Philisthinorum vsque in cælum ascendens, ob plagam maximam qua percutiebantur in natibus, 1. reg. 5 d

INDEX VTRIVSQUE

Clamor peccatorum Sodomæ ascendens ad deū
gene. 18 c. 19 c

Clamat ad dominū pauper, cui noluerimus mu-
tuum dare, & vlciscitur deus, deut. 15 b

Clamans pauper mercenarius, cui non redditur
merces, exauditur, deut. 24 c

Clamor tollatur a nobis, ephe. 4 g

Clarificari

Vt Clarificetur verbum dei, orandū, 2. thessa. 3 a.

Clarificatū se Christus dicit, Iuda proditore ad-
eunte Phariseos, mortem suā propinquam præ-
dicens, ioan. 13 d.

Clarificari a patre apud homines per mortem
& resurrectionem suam petit Christus, ioan. 17 a

Claudere cælum.

Claudit cælum deus non dando pluuiam ijs qui
non fidunt sibi, deut. 11 b.

Claudus.

Claudico

Claudos & cæcos suos deos, id est idola prohibi-
tura ne David Ierusalem ingrederetur, obijciunt
Iebusei ipsi Dauidi, quos cum suis dijs claudis &
cæcis expugnauit, 2. reg. 5 b

Claudicat Iacob, gene. 32 g

Claudus Miphibosech, accusatur a Siba seruo suo
2. reg. 19 c

Claudum ex vtero matris fide in Christum sa-
nant Petrus & Ioannes, act. 3 a

Claudicare vtraque parte, deū Israel cum idolis
adorare, illi & idolis fidere, 3. reg. 18 d

Claves

Claves ligandi & soluendi promittit suis Chri-
stus, matth. 16 c

Claves dantur, ioan. 20 f

CLAVES quid, ioan. 20 f.

Clavis

TESTAMENTI.

66

Clavis David, apoc. 3 b

Clauus

Clauo per tempora ipsius a Iahel fixo, occiditur
Sifara, iudicum 4 c

Clemens

Clemens siue misericors deus in quem vult,
exod. 33 d. 34 a

Cleopatra

Cleopatram Ptolemgi filiam ducit vxorē Alex-
ander, 1. mach. 10 e

Clerus

In Cleros, id est sortes, vocatosque ad sortē æter-
næ hæreditatis ne velint dominari, presbyteros
hortatur Petrus, sed sint exemplar gregis,
1. pet. 5 a

Cœna

In Cœnis primos recubitus amant Pharisei &
scribæ, matth. 23 a

Cœnæ magnæ parabola, docet Christus, Iudæos
seculi negotijs adeo fuisse implicatos, vt euange-
lium recipere nequiverint, ideo gentibus annun-
tium, luc. 14 d.

Cœna domini cum discipulis, matth. 26 b. marc.
14 b. luc. 20 b. 1. corint. 11 e

Cœna dominica in mortis Christi cōmemoratio-
nem percipienda, 1. corint. 11 f. luc. 22 f

Cœnæ dominicæ ritum tradidit Paulus Corin-
thijs vt ipse a domino acceperat, 1. corint. 11 e

Cœnam dominicam cum tumultu agentes Co-
rinthios, arguit Paulus, 1. corint. 11 d

Cogitare

Cogitatio.

Cogitationum hominis imaginatio mala ab ado-
lescencia, & omni tempore, gene. 6 a. 8 d

Ne Cogitare quidem aliquid boni ex nobis pos-
sumus,

INDEX VTRIVSQUE

sumus, 2. corint. 3 b

Cogitationes præparantur a deo, solus est qui facit quicquid vult, 1. reg. 2 a

Cogitationes quas facturi sumus nouit deus, deut. 31 f

Cogitationes cordis ne sequamur, prohibet deus sed tantum quod præcepit, nume. 15 d

Cogitatio impia qua cogitabant Iudæi aliqui non mutuum dandum pauperi fratri propter annum septimū proximū, in quo non licebat quæ mutuum dedissent, reperere, deut. 15 b

Cogitatio impiorum, pacem sibi promittentiū, id est, non timentium maledictiones dei, etiam si ambulent in prauitate cordis, deut. 29 c

Cogitauerat Dauid ædificare templum nomini dei, & bene eum cogitasse dicit deus, 3. regum 8 b

Cogitationes fidelium quales esse debeant, philip. 4 b

Cogitemus pati sicut & Christus passus est, 1. petr. 4 a,

Cognatus.

Elizabeth Cognata Mariæ virginis, luc. 1 d.

Inter cognatos & notos quæsitus puer Iesus, luc. 2 g.

Cognati Pauli secundum carnem, Iudæi, ro. 9 a.

Cognoscere

Cognosci vult deus esse dominus, exod. 7 c

Cognoscere deum solum, & quem misit Iesum Christum, per hoc vitam æternam habemus, ioan. 17 a

Cognoscimus deum, si mandata eius facimus, 1. ioan. 2 a.

Cognosci a deo, galat. 4 b

Cognouit dominus qui sunt sui, 2. timo. 2 c.

Cognosce

TESTAMENTI.

67

Cognoscit deus filios Israel in afflictione, eos vi
delicet esse quorum patribus promississet terram
Chanaan & semini eorum, exod. 2 d

Cognoscere aliquem pro ei benefacere videtur
vt scriptura, cum Ruth dicit, Vnde mihi hoc vt
inuenirem gratiã ante oculos tuos, & nosse me
dignareris peregrinam mulierem? Et in fine capi
tis dicit Noemi, Sit benedictus qui cognouit te.
Nisi loquatur de Ruth quod agnita sit a Booz
propinqua, ruth 2 b d

Cognoscere vxorem, pro rem cum ea habere,
vtitur scriptura, vt de Elcana legimus, 1. reg. 1 c.
3. reg. 1 a

Coitus

Coiens

Coitus illiciti, & morte puniendi, leuit. 18 a. 20 b c

Coiens cum vxore patris, cum sorore sua, cum
socru sua, aut cum iumento, maledictus, deut.
27 cd.

Coiens cum iumento, moriatur, exod. 22 c

Colere

Ne Colamus deos alienos, exod. 23 e

Colaphus.

Colaphis cæditur Christus, matt. 26 g

Collecta

Collecta siue collectio, aut contributio domini,
die septimo phase, deut. 16 b

Collectas pecuniar in vsum pauperum sancto
rum qua ratione velit fieri Paulus ostendit,
1. corin. 16 a

Ne Collectas deserant, hortatur Paulus, heb. 10 e

Ad Collectas faciendas in vsus pauperum, hor
tatur Paulus, rom. 5 f

Colloquia

Colloquia mala mores bonos corrumpunt,

I 3

1. corin.

INDEX VTRIVSQVE

1. corint. 15 e

Coluber.

Dan Coluber in via, gene. 49 c.

In Colubrum versa virga Moyfi, exod. 4 a. 7 d.

Columba

Columba emittitur ex arca, gene. 8 b

Columbe corporalís specie descēdit spiritus sanctus in baptizatum Iesum, mat. 3 d. marc. 1 b. luc. 3 d. ioan. 1 c

Columbas & cathedras ementium & vendentium in templo dei, evertit Christus, matth. 21 b. marc. 11 b. ioan. 2 c.

Columbinā simplicitatem exigit Christus in suis discipulis, matth. 10 b

Columbinum sterco comeditur in Samaria vr̄ gente fame, 4. reg. 16 f

Columna

In Columna nubis præcedebat deus per deserta populum suum, vt ostenderet viam per diem: & in columna ignis per noctem, exo. 13 d.

In Columna nubis apparet deus Moyfi, deute. 31 d.

Columnarum tabernaculi forma, exo. 27 c.

Columnarū ænearum templi Salomonis forma 3. reg. 7 b. 1. para. 17 c

Coma

Comam nutrire, mulieri decorum esse docet natura: viro, ignominiosum, 1. corint. 11 c

Coma non attondēda in rotundū in gratiam defuncti, leuit. 19 f. 21 a

Comburare.

Comburent omnes vr̄bes Beniamin Israelitæ, ob peccatum contra naturam ab eis perpetratum, iudicum 20 g

Comburitur Hai, iof. 8 d

Come

TESTAMENTI. 63

- Comburit Iosue urbem Asor, iof. 11 c.
 Comburitur Iericho, & omnia quæ in ea erant,
 iof. 6 e
 Comburitur turris Sichem, cū 1000 hominibus,
 iudicum 9 f g
 Comburenda filia sacerdotis fornicans, leuit. 21 b
 Comburendus qui supra vxorem filiam, matrē
 eius duxerit, leuit. 20 c
 Comburi iubet deus, qui contra dei voluntatem
 accepisset de anathemate, iof. 7 c
 Comburuntur Achan lapidatus, & omnes filij,
 & filie, & armenta & c. iof. 7 d
 Comburuntur a deo qui murmurauerant contra
 ipsum, nume. 11 a.
 Comburit seipsum Zambri, 3. reg. 16 d
 Comburi omnes aras, omnia idola, omnes lucos
 idololatrarum præcipit deus, deut. 12 a
 Combussit simulachra idolorum pius Afa,
 3. reg. 15 c
 Comburitur Baal, 4. reg. 10 f.
 Non Comburēdi filij in honorem deorum, mo-
 re gentium, deut. 12 d.
 Comburit Absalom segetem Ioab, & quare,
 2. reg. 14 g
 Comburitur vxor Sampson a Philistæis, quod
 ipse illorum segetes combussisset, iudic. 15 b.
 Comburuntur libri eorum, qui curiosa sectati fu-
 erant, act. 19 a
 Comburunt corpus Saulis, filiorumque: & ossa
 sepeliunt habitatores Iabes Galaad, 1. reg. 31 d
 Comedere
 Comesturos carnes filiorum Iudæos prædicat
 deus, si non obdierint verbo ipsius, leuit. 26 e.
 deut. 29 f

INDEX VTRIVSQVE

- Non Comedenda morticina, deut. 14 c
Comedere & latari præcipit deus Iudæis & of-
ferre hostias in terra promissionis & non alibi,
in vna tribuum ipsorum, in tribu Leui, deut.
te. 12 b.
Ut Comedamus & saturemur dat deus frumen-
tum, vinum & oleum diligentibus se, deut. 11 b
Comedit & bibit coram domino in Silo Elcana
cum familia adorans dominum, 1. reg. 1 b.
Non Comedit Anna, sed flet audiens sibi expo-
brari sterilitatem, quam consolatur maritus,
1. reg. 1 a
Antequam Comederet populus, benedicebat Sa-
muel sacrificio, 1. reg. 9 b
Ne Comedat nec bibat propheta in domo impij
Ieroboam prohibet deus, neque in domo alteri-
us cuiusquam, 3. reg. 13 b
Comedendum in loco quem elegerit dominus,
deut. 12 a
Comestiones vitandæ, prou. 23 b.
Postquam Comederunt & saturati fuerunt Isra-
elitæ, conuersi sunt ad deos alienos, tribuêtes eis
quod a deo accepissent, deut. 31 e
Commodare
De Commodato lex, exod. 22 c
Commodandum fratri id quo indiget, sine vsu-
ra, deut. 23 d
Commodatus dicitur Samuel domino, traditq;
Heli sacerdoti in ministerium quandiu esset ipse
Samuel in ministerio, 1. reg. 1 d. 2 d
Commotio.
Commotio in Ierusalem, ob Christi in eam in-
gressum, matt. 21 b. marc. 11 b. luc. 19 g
Communis
Communio

Com

TESTAMENTI. 59

Communes manus, Marcus non lotas interpre-
tatur, marc. 7. a

Communio rerum omnium erat fidelibus pri-
mis, act. 2. g

Cōmunionis membrorum Christi gratia & iu-
cunditas, psal. 132

Cōmunicare Christi passionib⁹ quid, 1. pet. 4. c

In Cōmunicatione, fractione panis, & orationi-
bus perseverant primi fideles, act. 2. g

Complacere

Complacens deo David liberatus est ab inimi-
cis, 2. reg. 22. b

Complacuit sibi deus in solis Israelitis, suo tem-
pore, nec aliam gentem assumpsit sibi in populū
deut. 10. c

Complantatus

Si Cōplantati sumus Christo, mortui peccatis,
simul cum illo resurgemus, rom. 6. a

Conchæ

Concharum templi Salomonis fabricatio,
1. para. 4. b

Concipere

Concipit Elizabeth Ioannem, luc. 1

Concipit Maria Iesum, luc. 1

Concipit Bethsabæe ex David, 2. reg. 11. a

Conceptum dat deus ipsi Ruth, ruth. 4. d

Concordia

Concordia, res firmissima, prouer. 18. d

Cōcordia viri & mulieris deo & hominib⁹ gra-
ta, ecci. 25. a

Concordia fratrum deo & hominibus grata,
ecc. 25. a

Ad Concordiã exhortatio, rom. 12. a. 15. b. 1. corin.
1. b. 2. corin. 13. d

Ad Concordiam inter fideles seruandam, pro
pria

INDEX VTRIVSQVE

pria dona singulis impartitus est spiritus dei,
1. corint. 12. d

Concordiam inter fideles, sacrificijs anteposit
Christus, matt. 5. d

Concubina

Concubinam vocat vxorem scriptura, vt de
vxore cuiusdam Leuitæ videmus, iudicum. 19.
f. & 20

Concubinarum filijs (quæ veræ quidem vxores
erant, sed non dominæ) largitur Abraham mune
ra: eosq; separat ab Isaac, gen. 25. a

Concubinas & vxores accipit Dauid in Ierusa
lem, 2. reg. 5. c

Concubinæ Salomonis. 300. 3. reg. 11. a

Concubinas decem quas in Ierusalem relique
rat ad custodiendam domum, cum quibus con
cubuerat Absalom, inclusit Dauid vsq; ad diem
mortis suæ, 2. reg. 20. a

Concupiscere

Non Concupiscenda vxor proximi, & quicquid
illius est, deut. 5. b

Non Concupiscendum quicquid quod sit proxi
mi, exod. 20. c

Concupiscit carnes populus, & punitur,
num. 11. a b g

Concupiscentiæ sepulchra, num. 11. g

Concupiscentiã peccatum esse dicit lex, ro. 7. b

Concupiscentiæ remanēt in iustificatis, rom. 6. b

A Concupiscentia propria tentatur vnusquisq;
Iacob. 1 b. eaq; parit peccatum

Ex Concupiscentijs nostris nascuntur bella,
iacob. 4. a

Concupiscentia malorum vitanda, 1. corint. 10. b

Ne Concupiscamus quæ sunt fratris, 1. thess. 4. c

Concupiscentiæ erga quæcuncq; mundi, suffocāt
in nos

TESTAMENTI:

70

In nobis verbum euangelij, marc. 4. b

Condemnatio

Condemno

Condemnationem vitę alienę curiosam prohibet Christus, matt. 7. a

Non Condemnat qui misericors est, matt. 12. a

Condemnatio in omnes homines peruenit per vnus Adę delictum, rom. 5. d

Condemnatio nulla ijs qui sunt in Christo Iesu, rom. 8. a

Cōdemnare electos nemo potest, cū Iesus Christus mortuus sit pro eis, rom. 8. g

Condemnabunt Iudæorum gentem Niniuitę & regina Saba, vna cum Christo, matth. 12. d
 luc. 11. d

Conditio omnium eadem, Sapien. 7. a

Confidere

Confidenter

Ad Confidendum in medijs tribulationibus, exhortatio Christi, ioan. 16. g

Confidenter habitabit Israel, deut. 33. d

Confidenter habitauerunt Israelitę quandiu soli deo seruierunt, 1. reg. 12. c

Confidentes Israelitę in arca dei, quam impij sacerdotes Ophni & Phinees attulerant in castra, occiduntur, & arca capitur, 1. reg. 4. b c

Confirmo

Confirmat deus sermones suos & promissiones si ambulauerint iuxta precepta ipsius, illis quib9 aliquid promiserit, 3. reg. 2. a

Confiteri

Confitetur dño, siue laudat dñm Lia, quòd conceptum dederit ei, gen. 29. d

Confitetur Pharao deum esse iustum, se autē impium cum populo suo, exod. 9. f,

Con

INDEX VTRIVSQUE

Confitetur Iethro deum Israelis, esse solum verum deum, exod. 18. c

Confitetur Naaman sanatus à lepra deum Israel esse solum verum deum, 4. reg. 5. d

Donec Confiteamur peccata nostra ipsi, tandiu affligit nos deus, leuit. 26. f

Confitentur peccatum Israelitę post plagas, nume. 21. b

Confitetur Achan peccatum suum ipsi Iosue, iof. 7. c

Confitetur deo peccatum populi Moyfes, quod condonari ei orat vehementissime, exo. 32. g

Confitentur Israelitę peccatum suum deo, quod ipso relicto seruerint idolis: petentes assidue ab eo auxilium, & liberantur, iudicum. 10. b c

Confessio peccatorum, præcepta Iudęis sacerdotibus, leuit. 16. e

Confessionem peccati exigit deus, antequam expiari possit, num. 5. a

Confitentur Israelitę deo se peccasse, 1. reg. 7. b

Confessio peccati ad deum, 3. reg. 8. e

Confessio vera, iere. 14. d. danie. 9. b. baruch. 2. b

Confitentur peccata qui ad gregem Christi accedunt, matt. 3. a

Confitentur actus suos multi ex credētib; qui curiosa sectati fuerant, act. 19. d

Si Confiteamur peccata nostra, fidelis deus remittet iuxta promissionem, 1. ioan. 1. d

Confiteamur alterutrum peccata nostra, & ore mus pro inuicem, iacob. 5. d

Qui Confitetur Iesum esse Christum, deus manet in eo, 1. ioan. 4. c

Confiteri Iesum esse Christum, est donum dei, matt. 16. c

Confiteri palam Christum non audent Iudæorum

rum

rum principes, ne à Pharisæis excommunicentur,
ioan. 12. f

Confiteri Christum coram hominibus qui erubuerint, illorum pudebit & Christum coram patre, matt. 10. d

Confitentes Christum nosse, operibus autem negantes, tit. 1. d

Confessio spei nostræ sit indeclinabilis, hebr. 4. d. 10. d

Confitentibus nomini suo, & cõuersis ad se parcit deus, 3. reg. 8. d

Confessionem dei, & laudem inter gentes futuram prædicitur, post susceptum ab ipsis euangelium, 2. reg. 22. d

Conflatile

Conflatiles deos ne faciãt Israelitæ, prohibet deus, exod. 34. c. leuit. 13. a

Conformis

Conformes fiunt imaginis filij dei, qui crucifiguntur cum eo, seiplos abnegantes, rom. 8. f

Confortare

Confortat deus regem Eglon, & roborat aduersus Israelitas idololatrias, iudicum. 3. b

Confortatur Dauid in deo, visa Siceleg succensa & populo in ipsum commoto, 1. reg. 30. b

Vt Confortetur & robustus sit, id est nihil timeat aduersarios Chananeos, exhortatur deus Iosue, iof. 1. b. 31. b f

Confortatur manus Gedeonis audientis castra Madianitarum futura sua, iudic. 7. c

Vt Confortentur fidendo dei promissioni veraci, exhortatur Moyses Israelitas, deut. 31. a

Confortat deus Paulum coram Nerone, 2. timoth. 4. d

Congregari

Congres

INDEX VTRIVSQVE

Congregari ad populum pro mori, & sepeliri,
gen. 25 a. 49 a. nume. 20 d

Coniugium

Coniugij confirmatio, gen. 9. a

Coniugij sanctitatem docet Tobia angelus Ra
phael, tob. 6. d

Cōiugatis & viduis vtile esse dicit Paulus si exē
plo suo contineant, 1. corint. 7. b

Coniugati nuper absoluuntur primo anno à mu
neribus publicis, deut. 24 a b

Coniuratio

Coniurationis accusat suos Saul, & Achimelech
sacerdotem, 1. reg. 22 b c

Coniuratio Absalom, 2. reg. 15. b

Coniuratio Zamri, 3. reg. 16. c

Connubium

Connubium commendatur, heb. 13. a

Conqueri

Conqueritur Moyses deo, quod non statim libe
rauerit populum, exod. 5. d

Conqueritur Iosue coram deo populum Israelē
ab aduersarijs superari, Iosue. 7. b

Conscientia

Conscientia impij semper pauida: iusti autem se
cura, prouer. 23. a

Conscientie tranquillitas optabilis, prou. 15. b

Conscientie lætæ commendatio, prouer. 17. d

Conscientiæ, verbo euangelij eriguntur, pro
uerb. 12. d

In Conscientie synceræ testimonio, Pauli gloria
tio, 2. corint. 1. c

Vt Conscientiā bonam habeat Timotheus, hor
tatur Paulus, 1. timoth. 1. d

Conscientie pacem dat fides in Christū, rom. 5. a

Qui Conscientia reclamante vescitur aliquo cibo
damna

TESTAMENTI.

72

damnatus est, quia non ex fide, rom. 14. d
 De Conscientia fratrum infirmorum in fide, nō
 putantium sibi licere vesci quibuslibet cibis, nō
 lædenda, 1. corint. 8 b d. 9 f
 Et si Consciens sibi nullius fraudis sit Paulus, ta-
 men hinc non audet se iustum iactare, 1. CO-
 rinth. 4. a

Consecratio

Consecratio Aaron sacerdotis & filiorum eius,
 leuit. 8. a
 Consecrationis sacerdotum modus, exod. 29. a
 Consecratio Levitarum, num. 8. b
 Consecratorum siue Nazareorum lex, num. 6
 Consecrauerunt manus suas deo Leuitę, & obla-
 tiones deo obtulerunt interficientes idololatrias,
 exod. 32. f
 Consepulti sumus cum Christo per baptismum
 in mortem, rom. 6. a

Consilium

Consilium iuuenum secutus Roboam, populo
 dura respondet, propter quod deficit ab eo po-
 pulus Israel, 3. reg. 12 b c
 Consilium Achitophel timens Dauid, orat vt
 dissipetur à deo, 2. reg. 15. g
 Absq; Consilio gens Iudeorum, & sine pruden-
 tia, non præuidens interitum suum ob adorata
 idola, deut. 32. d
 Consilio dei quo omnia reguntur, nemo potest
 resistere, prouer. 21. d
 Consiliū dei extra hominis potestatem, tob. 3. d
 Consilia dei nemo nouit, rom. 11. d
 Consilio dei, populus audita dura responsione
 Roboam, deficit ab eo, & sequitur Ieroboam,
 3. reg. 12. c d
 Consilium dei (quod est euangelium) vt annun-
 ciaret

INDEX VTRIVSQVE

- stare Paulus, nihil subterfugit, act. 20. f
 Consilium Pauli de virginitate & iterando ma-
 trimonio, 1. corint. 7. e. g
 Consilium Phariseorum & Herodianorum vt
 Christum perdant, mat. 12. b. mar. 3. a. luc. 6. b
 Consilio suo excogitauit Ieroboam, vt duos vi-
 tulos aureos conflaret, & in Dan & Bethel po-
 neret, quos tanquam deos coleret populus,
 3. reg. 12. f. g
 Cōsiliū impiū Iezabelis in Naboth, 3. reg. 21. b
 Consilia hominum dissipat deus, psal. 32. vers. 10
 Consilia propria non sequenda, prouer. 23. a
 Consilijs proprijs innitentibus minatur dominus
 ezech. 11. d
 Cōsiliū senum, item iuuenum datum ipsi Ro-
 boam, 3. reg. 12. b
 Consilium humanum nihil potest contra domi-
 num, psal. 37. vers. 11. isa. 19. b
 Consilium malū consultori pessimū, eccl'i. 27. d
 Consilium Achitophel, tanquam verbū dei ha-
 bitum, 2. reg. 16. d
 Consulit Achitophel nocte irruēdum super Da-
 uidem cum duodecim millibus: quod consilium
 deus ipse per Chusai dissipat, dans aliud quo pe-
 reat Absalom ipse, 2. reg. 17. a b c
 Consilijs Noemi vtitur Ruth, ruth. 2. d. 3 a d
 Consolari
 Consolator
 Consolator humilium & afflictorum deus, 1. co-
 rint. 12. 7 b
 Consolatur deus ipsum Iacob, custodem se illi
 futurum promittens vbiq, gen. 28 c. 46 a
 Consolatur Ioseph fratres suos pauidos & timē-
 tes, gen. 45 a b. 50 d
 Consolatur Dauid Bethsabee ob filium mortuū
 2. reg. 7

2. reg. 12. f

Consolatio Israel Christus, luc. 2. d

Consolatur Christus suos aduersus externā persecutionem, ioan. 15. c

Cōsolatur Christus apostolos mœstos et tristes ob futuram eius mortem, ioan. 14. a

Consolatio æterna data Christianis, 2. thess. 2. d

Consolationis & misericordiarū deus, deus noster est, 2. corint. 1. a

Consolatur Paulus, & precatur eos quibus euangelizat, 1. thess. 2. c

Consolemur inuicem, maxime pusillanimes, 1. thess. 4. d. 5. c

Consolatur Ionathas Dauidē in deo, testificans ei deum nō derelicturum ipsum, & non traditurum

in manus Saulis, verum certo constituturum in regem secundum promissionem, 1. reg. 23. c

Ut Consolarentur ipsum Hanon miserat Dauid seruos: quos ille ignominia affectos remittit, 2. reg.

gū. 10. a b c d: quam ignominia vlciscitur Dauid.

Conspectus

In Conspectu dei apparebant Israelitæ quando in vnum congregabantur in loco quem elegerat

deus, vt illic sacrificarent hostias, & audirent verbum dei ex ore Leuitarum, deut. 31. c

Conspui

Conspuitur Christus, matt. 26 g. 27 d. marc. 14 d luc. 22. f

Constellationes

Constellationes syderum non esse metuendas, iere. 10. a

Consuetudo

Consuetudo mali indelebilis, prouer. 21. b

Cōsuetudo sapientum, sapientes facit, prou. 13. d.

Consuetudo assidua fastidium parit, prouer. 25. c

K

Consulere

INDEX VTRIVSQUE

Consultere

Consultitur deus quem velit accipere in regem
ex filijs Saul, 1. reg. 10. d

Consultunt dñm Israelitę fientes & ieiunantes
vsq; ad vesperam, petentes an tertio preliarētur
contra Beniamin, iudic. 20 c d

Consultūt dñm viri quinq; missi è tribu Dan ex-
ploratores, vt inuenirent locum tribui Dan inter
reliquas tribus, iudic. 18. b

Consultunt deum Israelitę quem velit præfici in
ducendis bellis, iudicum. 1. a

Consulturi deum, olim adibant prophetas,
1. reg. 9. d

Consultit Iosias dominū per prophetissam Hol-
dam, 4. reg. 22. c

Consultus à Dauide dñs respōdet eos quos ipse
liberasset, Ceilas scilicet, tradituros ipsum Sauli,
nisi fugeret, 1. reg. 23. b

Consulto bis domino, Dauid liberat Ceilam à
Philisthęis, 1. reg. 23. a

Consulto domino ascendit Dauid in Hebron,
2. reg. 2. a

Consultit dñm ipsa Rebecca grauida, gen. 25. c

Consultenti Sauli dominū cōtra Philisthęos non
respondetur quicquam, 1. reg. 14. f

Consultit Dauid dominū an præliaturus sit cōtra
Philisthęos, 2. reg. 5 c d

Cōsulit Beelzebub Ochosias infirmus, 4. re. 1. a

Consummatio

De Consummatione rerum omnium prophetia
Sopho. 1. a

Contemnere deum

Contemntes deum, non fidentes ei, & aliter
quàm præceperit, facientes, erunt ignobiles,
1. reg. 2. f

Contentio

Contentio

Contentionem inter pastores suos & pastores fratris sui Lot ortam cupiens sedari Abram, separatur à fratre, gen. 13. b

Contentio & æmulatio, opera tenebrarum, rom. 13. d

Vbi Contentio & æmulatio, ibi omne opus prauum, iacob. 3. d

Contentiones fugiendæ, 1. corint. 1. b. 11. c

Contendere non solet ecclesia, 1. corint. 11. c

Contendere verbis episcopum, prohibet Paulus 2. timoth. 2. b

Non Contendendum cum deo sapien. 12. b

Continere

Qui Continere se non possunt, contrahant matrimonium, 1. corint. 7. b

Contristare

Ne Contristemus spiritum sanctum, quem deus dedit nobis, ephes. 4. f

Contristatos epistola sua fuisse Corinthios gaudet Paulus, & quare, 2. corint. 7. b

Contritio

Contritiones mortis, 2. reg. 22. a

Conuertere

Conuertitur homo in aliū hominem per spiritū dei, 1. reg. 10. b

Conuertitur deus ad Israelem memor promissionum suarum ad Abraham 4. reg. 13. d

Conuertit deus populum suum ad se per tribulationes, vt audiat vocem suam deut. 4. e

Conuerti ad deum toto corde 3. reg. 8. e

Si Conuertamur ad deum toto corde & anima, deut. 30. b

Vt conuertantur ad dominum toto corde, soli ei seruiendo & fidendo, hortatur Samuel populo

INDEX VTRIVSQVE

Jum, 1. reg. 7. a

Conuertit deus nos errantes, de tenebris ad lucē euangelicam, & ad Christum, 1. petr. 2. d. 3. reg. 18 f. Vide Cor.

Ad Conuersionem veram adhortatio, ioel. 2. c

Conuersis ab impietate promittitur misericordia, isa. 55. b

Nisi Cōuertamur, & efficiamur velut paruuli et infantes, humiles demittentes nos: non possum⁹ regnum cælorum ingredi & euangelium suscipere, matt. 18 a. marc. 9 e. luc. 9 f

Conuersi Theſſalonicenses a simulachris, vt seruirent deo viuo & vero, 1. theſſ. 1. d

Conuersis ad se, & cōsistentibus nomini eius parit deus, 3. reg. 8. d

Conuersatio

Conuersatio gentium ante datam eis Christi cognitionem, 1. petr. 4 a. ephes. 2 a

De Cōuersione nostra vana redemit nos Christus, 1. petr. 1. d

Conuersatio Christianorū bona, dicitur a Paulo hostia fidei & sacrificium, philip. 2. c

Conuersationis Christianę summa, philip. 4. b

Conuersatio Christianorū in cælis est, illuc assidue suspirantium, philip. 3. d

Conuersatio nostra, sancta sit & bona, inter eos maxime qui non norunt verbum dei, & quare, 1. petr. 2 c. 2. petr. 3 c

Conuersationem apostolorū cōsiderantes, imitemur fidem eorum, heb. 13. b

Conuiuæ

Conuiuium

Conuiuæ quales admittendi, eccſi. 9. d

Conuiuiorū impietatē Iob in spiritu videns, pro filijs cōuiuantibus sollicitus sacrificat, job. 1. a

Conuiuium

TESTAMENTI. 75

Conuiuium celebrat Abraham in die ablactationis filij sui Isaac, gen. 21. a

Conuiuium celebrat Isaac ipsi Abimelech, gen. 26. g

Conuiuium celebrat Laban in die nuptiarum filij suæ, gen. 29. c

Conuiuium iubet Ioseph parari fratribus, gen. 43. c d

Conuiuium celebrat Salomon vniuersis famulis post acceptam sapientiam à deo, 3. reg. 3. c

Conuiuium celebrat Absalom in tonsione ouium suarum, in quo occidit Amnonem, 2. reg. 13. c

Conuiuium Pharaonis in die natalis sui, gen. 40. d

Conuiuium celebratur in die nuptiarum Samsonis, iudicum. 14. c

Conuiuium celebrat Dauid ipsi Abner, 2. reg. 3. d

Conuiuium celebrat Adonias fratribus occupas regnum patris, 3. reg. 1. a b

Ad Conuiuium timentes deum inuitat Tobias, tob. 2. a

Ad Conuiuia inuitati, postremum locum occupent, & quare, luc. 14. b

Conuiuium Christo parat Mattheus in domo sua, matt. 9. b. mar. 2. c. luc. 5. f

Conuiuia à fidelibus ob pietatem fieri vult Christus, pauperes & debiles &c. inuitari volens, luc. 14. c

Cooperari

Cooperabatur Christus, apostolis predicantibus euangelium, eorum sermonem confirmans miraculis, marc. 16. d

Coquere

Coquere cibos in sabbatho fas non erat, exod. 16. e

Cor

K 3

Cor ful

INDEX VTRIVSQUE

- Cor fulcitur pane, iudicum. 19. b
 Cor hominis prauum, iere. 17. b. gen. 6 a. 8 d
 In Cordis prauitate ambulare deut. 29. c
 Cordis incircuncisso, iere. 9. g
 Cordis præputium circuncidendum, deut. 10. d
 CORDIVM intima nouit deus, eaq; probat,
 & penitus inspicit, 1. reg. 16. b. 3. reg. 8. d
 act. 15. b. 1. thessal. 2 a. 1. ioan. 3 d. apoc. 2 e. eccl. 1. 23. c.
 iere. 17. b
 Cordium consilia reuelabit deus in die iudicij
 1. corint. 4. a
 Ex Cordis abundantia os loquitur luc. 6. g
 Cor bonum bona loquitur, prauum praua,
 math. 12. c
 De Corde exeunt malæ cogitationes, homicidia
 & c. quæ hominem sordidum reddunt, non autē
 quod in os intrat, matt. 25. b. marc. 7. b
 Corda gentium ab idololatria purificata per fi-
 dem, act. 15. b
 Cor nostrū circuncidit deus, & aufert ab eo om-
 nem fiduciam quam habemus erga externa, vt il-
 lum ipsum solum diligamus, deut. 30. b
 Cordis innouatio a deo, vt in præceptis eius am-
 bulemus, ezech. 11 d. 36 f. iere. 23 f. 3. reg. 18 f.
 Vt Corda populi inclinet ad se, orat Salomon de
 um, 3. reg. 8. f
 Cor Saulis immutauit deus, & cum alijs deo ce-
 cinit laudes, 1. reg. 10. b
 Cordis fides, est ad iustitiam rom. 10. b
 Cor a deo aperiri oportet prius, quàm quis intē-
 dat verbis prædicantium euangelium,
 act. 16. c
 In Cordibus fidelium leges suas scripsit deus iux-
 ta promissionem, heb. 8 d. 10 c
 Qui Corde puro, conscientia bona, & fide non
 ficta

- ficta diligit, is summam totius legis habet,
 1. timoth. 1. a. 1. pet. 1. d
 Cor nostrū est, vbi est thesaurus noster, mat. 2. c
 Cor nostrum nos non reprehendet ante deum,
 si opere & veritate dilexerimus, 1. iohan. 3. d
 In Cordibus nostris psalmos cātemus, hymnos
 & cantica, ephes. 5. d
 In Corde nostro sit verbum dei, deut. 6. b. 11. c
 Cor Annæ exultat in domino, ob beneficia sibi
 à deo collata, 1. reg. 2. a
 In Corde orabat Anna perseuerando sine fatiga
 tione petens filium: propter quod ebria æstimat
 1. reg. 1. b
 Corde resurrectio Christi credenda à nobis, vt
 salui fiamus, rom. 10. b
 A Corde, non à quantitate metitur deus dona q̄
 damus pauperibus, vt de vidua, marc. 12. d
 luc. 21. a
 Cum Corde vero et fide accedamus ad Christū
 heb. 10. d
 Vt Corda nostra exhortetur deus, & confirmet
 in omni opere bono & patientia, orat Paulus,
 1. thess. 3. d. 2. thess. 2. d. 3. a
 De Corde puro inuocare dominum 2. tim. 2. d
 Cor plenū immūditia habentes Pharisei, ea non
 mundabant, sed pocula in quibus bibebant,
 math. 23. c
 Super Cordis Phariseorum cæcitate flet Chri
 stus, marc. 3. a
 Ex Corde remittendum fratri peccanti in nos,
 & pœnitēti, alioqui ira dei super nos, qui cuncta
 debita à nobis exiget, matt. 18. c
 Corde toto quærendus deus, & inuenietur,
 deut. 4. d
 Corde toto conuersis ad se, promittit deus mi
 sericordiæ

INDEX VTRIVSQUE

- misericordiam, deut. 30 a. 3. reg. 8. e
 Cordis odium prohibetur, leuit. 19. d
 Corde toto & perfecto seruiendū deo, deut. 6. c,
 10 c. 11 b. 1. reg. 12 d. 2. para. 28. b
 Cor Asa perfectum coram dño, 3. reg. 15 c
 Cor nostrum integrum & perfectum sit cū dño
 3. reg. 8. f
 Vt Corde toto seruiāt deo, hortatur Rubenitas
 Iosue, iof. 22. a
 Cordis nostri æquitati vel rectitudini ne tribua-
 mus, quod deus det nobis vitam æternam,
 deut. 9. a
 In Corde suo pœnitentiam agere, & agnoscere
 peccatum, 3. reg. 8. e
 Cor suum aggrauare, nolle ad deum cōuerti, &
 confiteri ab eo esse punitiones, 1. reg. 6. b
 Corde toto ambulandum coram deo, & miseri-
 cordiam promissam præstabit, 3. reg. 8. c
 Quod Corde toto ambulauerit secum, laudat de-
 us Dauidem, 3. reg. 14 b c
 Corde perfecto ambulauit Ezechias corā deo,
 4. reg. 20. a
 Cor auersum à deo, quod seruit dijs alienis, &
 alij fidit q̄ vero deo, deut. 29. c
 Cor Salomonis auerterunt à deo mulieres idolo-
 latræ, 3. reg. 11. a
 Cor auertentibus à deo, vita breuis, deut. 30. d.
 In Corde suo sibi benedicere, & non timere dei
 maledictiones, deut. 24. c
 Cordis contriti clamor ad deum, psal. 129
 Corde toto si conuertamur ad deum, conuertit̄
 & ipse ad nos, deut. 30. b
 Corde toto vt reuertatur ad deum, id est vt ei so-
 li seruiat, & fidat, hortatur Samuel populum,
 1. reg. 7. a

Corde toto conuersus ad deum Iofias, 4. regū
23 e.

Ad Cor conuersis promittit deus misericordiam
deut. 30 a.

In Corde ne dixerimus, propter iustitiam nos-
tram deum dedisse nobis vitam æternam,
deut. 9 a.

In Corde nostro ne dixerimus diuitias nobis pa-
raſſe, ſed dei donum eſſe ſentiamus, deut. 8 d

Cor docile & intelligens, vt regat populum, pe-
tit Salomon a deo, 3. reg. 3 b

Ne Cor in ſuperbiam eleuetur, legat rex deute-
ronomium, deut. 17 d

Cor noſtrum ne eleuetur, & obliuiſcatur dei, vbi
ipſe dederit diuitias, deut. 8 c.

Cordis gaudium prorogat vitam, eceſi. 30 d

Ne Corda noſtra grauentur crapula & ebrietate
& curis huius vitę, admonet Chriſtus, luc. 21 f

Cor Pharaonis induratur quo magis proponit
tur ei verbum dei, exod. 9 g

Corda noſtra inclinanda ad deum, ſidendo ei ſo-
li, non alij cuiunque rei, iof. 24 f

Cor intelligens quod beneficia & magnalia dei
erga ſe cognoſcat, dat deus ijs qui obediunt præ-
ceptis ſuis, deut. 29 a

Cordibus inobedientium verbo ſuo pauorem
immittit deus, leuit. 26 f

Corda Iſraelitarum inclināt Sichimitę poſt Abi-
melech, quem in iudicem recipiunt, iudicum 9 a

In Cordis lætitia deo ſeruiendum, deut. 28 e

Cordis latitudinem & c. vide Latitudo, 3. re-
gum 4 d

Cor Chanaanæorum liqueſcit in aduentu Iſraelita-
rum, auditis mirabilibus dei, iof. 5 a

Cor Iſraelitarum liqueſcit, videntium ſe ſuperari
ab aduer-

INDEX VTRIVSQUE

- ab aduersarijs, ios. 7 a
 Ad Cor Ancillæ suæ Ruth loquitur Booz, quan-
 do quæ ipsi Ruth placebant loquebatur, se nem-
 pe daturum ei victum famelicæ ruth 2 c.
 Cor ne obduremus non dando mutuum fratri in
 paupertatem redacto deut. 15 b
 Cor pauidum dat deus non custodientibus præ-
 cepta sua, deut. 28 g
 Cor Saulis expauit, audiens Philisthæos contra
 se pugnare 1. reg. 28 a
 Cor suum percutit Dauid post abscissam oram
 chlamydis Saulis, significans conscientiam facti,
 & timorem quem habebat erga deum, indicans
 1. reg. 24 b
 Cordis sui plagam cognoscens, & manus ad de-
 um tendens, exauditur Salomon 3. reg. 8 d.
 Ut Corda sua ponant ad verba dei, horratur
 Moyses populum, deut. 32 g
 Corda deo præparanda sunt, ipsi soli fidendo, si
 volumus erui 1. reg. 7 a
 Cor Sehon roborat siue obfirmat deus, vt illum
 tradat in manus Israelitarum deut. 2 f.
 Cordis cogitationes ne sequamur, sed tantum
 quod præcepit deus faciamus, nume. 15 d
 Corda simplicium seducuntur ab Absalom, spe-
 cie boni, 2. reg. 15 c
 In Cordis simplicitate ambulauit Paulus, 2. cor. 1 c
 Ex Corde simplici diligamus 1. pet. 1 d
 Corde simplici rapuerat Abimelech vxorem
 Abraham, arbitratus eam ipsius esse sororem,
 gene. 20 b.
 Cor vere pium describit propheta psal. 103
 Ut Cor Israelitarū tentaret & probaret an synce-
 ro animo ipsum diligerēt, an propter cibū, circū-
 duxit deus Israelitas per desertum, deut. 8 a
Cor 100

TESTAMENTI. 78

Cor Iosiaë territorium, auditis sermonibus libri deuteronomij, 4. reg. 22 d

Quorum Corda tetigerat deus, sequuntur Saulë quem constituerat in regem, 1. reg. 10 d

Cordis tristitia multos occidit ecclij. 30 d

De Cordis Custodia prou. 4 d.

Cor dei ad templum Salomonis 3. reg. 9 a

Iuxta Cor suum virum Dauidem quæsierat deus 1. reg. 13 c

Cordis dolore tangi deum dicit scriptura nostro more loquens gene. 6 b

Coram.

Coram domino percutiunt Dauid & Ionathas foedus 1. reg. 23 c

Coram domino immolasse dicuntur victimas Israelitæ, qui in loco ordinato a deo in Galgala sacrificauerunt 1. reg. 11 d

Coram domino Elcana cum vxore dicitur adorare, id est in loco quem constituerat dominus, vt illic sacrificaturus populus accederet, aut oraturus, 1. reg. 1 c. Sic Dauid legitur percussisse foedus cum senioribus Israel in Hebron coram domino, 2. reg. 5 a.

Core

Core increpatur a Moyse, quod sacerdotium sibi vendicaret, siue quæreret nume. 16 b

Core cum cohorte, deglutit terra, nume. 16 e

Core filij, exo. 6 d

Core, Dathan, & Abiron rebellio sacerdotium sibi vendicantium, nume. 16 a b

Coriarius.

Apud Coriarium quendam hospitatur Petrus, act. 9 g.

Cornelius

Cornelius quidam Centurio a deo monitus, Petrum

INDEX VTRIVSQUE

Petrum ab eo accersitum, & Christum ei euangelizantem audit, & credit, act. 10 a

Cornu.

Cornu & potentia salutis nostræ deus, 2. regum 22 a.

Cornu Christi & potentiam salutarem sublimauit deus, cum ipsum Christum misit, propter quem saluat omnes confidentes ei, 1. reg. 2 b.

Cornu suum exaltatum dicit Anna in domino siue per dominum, qui dederat ei filium Samuelē, vnde poterat inimicis audacter respondere & insultare, 1. reg. 2 a

Cornua facit sibi Sedechias, vide Prophetas veros, 3. reg. 22 b.

Cornuta Moyfi facies, & splendens ex consortio sermonis domini, exo. 34 d

Corona

Corona vite promittitur ijs quorum tolerantia varijs tentationibus fuerit explorata, iacob 1 b

 nobis, ioan. 15 b. galat. 2 d. ephe. 5 a
 Dilectus Christus a patre quod animam suam po-
 suisset pro ouibus, ioan. 10 c.
 Vt Diligeremur a deo, & vicissim illum diligere-
 mus,

mus, euangelizauit nobis Christus, ioan. 17 d
 Diligunt deum perfecte, qui mandata eius faciūt
 1. ioan. 2 a. 5 f

Qui Diligit deum, diligit & proximū, 1. ioā. 4 d
 Si deum Diligimus, natos etiam dei diligimus,
 1. ioan. 5 a.

Diligentibus deum, omnia fiunt ad illorum cō-
 modum, rom. 8 e. ijsque corona vitę promissa, ia-
 cob. 1 b. eosque vt suos agnoscit deus, 1. corint. 8 a
 Qui deum Diligere se dicit, & fratrem odit, men-
 dax est, 1. ioan. 4 d.

Dilectio qua fratres diligimus, a spiritu sancto
 est, 1. ioan. 4 c.

Diligendi aduene
 Diligamus inuicē, sicut Christus dilexit nos, sim-
 plici ex corde, roma. 12 c. ephe. 5 a. philip. 1 d. 2 a. 1.
 thessa. 4 c. 1. ioan. 3 b d. 4 b. 1. petr. 1 d

Diligitur Dauid a Saule
 1. reg. 16 d

Per Dilectionē supportemus inuicem, ephe. 4 a
 Diligamus opere & veritate, distribuentes tem-
 poralia nostra pauperibus fratribus, 1. ioan. 3 c

Dilectio proximi, legis est impletio, rom. 13 c
 Dilectio non sit simulata, rom. 12 b.

Qui Diligit fratrem, deus in eo manet, ex deo nas-
 tus est, translatus est a morte peccati ad vitā euan-
 gelij, & euangelij lucet in eo, ioan. 2 b. 3 c. 4 b c.

Diligendi ministri verbi
 1. thess. 5 c.

Dilectionē & fidē orantes petamus a deo, Iude f

Ex Dilectione proueniunt opera bona, heb. 6 c.
 Dilectionē in Christum prius habere oportet,
 quam mandata eius possimus implere, ioan.
 14 c d. 15 b.

Diligunt Christum, qui filij dei sunt, ioan. 8 e

Qui Diligunt Christum, gaudent eum esse apud
 patrem, ioan. 14 d.

INDEX VTRIVSQUE

- Diligens Christum, diligitur a patre & ab ipso,
 ioan. 14 c d
 Quod multum Dilixerit deū peccatrix mulier,
 peccata multa dimissa sunt ei, luc. 7 g
 Per Dilectionem mutuam cognoscimur Christi
 discipuli ioan. 13 d
 Diligit Christus Mariam & Martham, & Laza
 rum, ioan. 11 a
 Si ipsum Diligeret, Christus ter Petrum interro
 gat, summa charitate erga Iesum opus esse pasto
 ribus docens, ioan. 21 c,
 Diligendi amici, leuit. 19 d
 Diligit Ionathas Dauidē vt animam suā, 1. re. 20 c
 Diligendi inimici matth. 5 g. prouer. 25 c
 Diligit Dauid inimicū suū Saulē, 1. reg. 24 b. 26 a.
 Diliges dominum deum &c. primum & maxi
 mum mandatum. Secundum, Diliges proximū,
 matth. 22 d. marc. 12 c. luc. 10 c
 Diligere deum ex toto corde, magis omnibus ho
 lacautomatibus, marc. 12 c. deut. 6 a
 Ad Dilectionem dei, exhortatio, 1. ioan. 4 d.
 ios. 23 c. eccl'i. 13 c.
 Diligant deū hortatur Rubenitas Iosue, ios. 22 a.
 Vt Diligamus se petit a nobis deus. deut. 10 c. 11 c
 Diligendus deus obediendo mandatis eius,
 deut. 11 b
 Vt Diligamus ipsum toto corde & anima circū
 cidit deus & purgat cor nostrum ab omni fidu
 cia externa deut. 30 b
 Diligit Salomon deum 3. reg. 3 a
 Diligentibus se misericors deus, exod. 20 a. deut.
 5 a. 7 d.
 Diligere deum est vita & bonum, siue vnde con
 sequitur vita & bonum omne deut. 30 d
 Diluuium
Diluui

TESTAMENTI.

99

- Diluuium prædicit deus ipsi Noe gene. 6 b
 Diluuij causa gene. 6 a
 Diluuij inundatio gene. 7 c.
 Diluuium non erit rursum gene. 8 d
 Dimittere
 Dimitti sibi peccatū postulant fratres Ioseph,
 gene. 50 c.
 Dimittit Ioseph iniuriam fratribus gene. 50 c
 Dina
 Dina filia Iacob ex Lia gene. 30 c.
 Dina filia Iacob ex Lia rapitur gene. 34 a
 Dionysius
 Dionysius Areopagita Christo credit, act. 17 g
 Diotrophes
 De Diotrophe quodam, qui quod primatum ge-
 rere in ecclesia amaret, reprehenditur a Ioanne
 3. ioan. c
 Discalceatus.
 Discalceati domus quæ dicebatur in Israel,
 deut. 25 b
 Discipulus
 Discipuli
 Discipulū Christi fieri, tanquam malū aliquod,
 opprobrant Pharisei cæco nato, ioan. 9 e
 Discipuli a ventis validis iactati in mari, Christi
 potentiam & suam incredulitatem experiuntur,
 matth. 14 c. marc. 6 f. ioan. 6 b
 Discipuli Christum ire in Iudæam dehortantur
 ioan. 11 a
 Discipuli esurientes, sabbatho spicas vellunt
 matth. 12 a
 Discipuli indignantur effusum vnguentum super
 caput Christi, matth. 26 a. marc. 14 a. ioan. 12 a
 Discipulos aufugituros, vbi viderent eum com-
 prehendi, prædicit eis Christus: quod negant;
 N 3 matth.

INDEX VTRIVSQUE

- matth. 26 c. marc. 14 a. luc. 22 d
 Discipuli omnes fugiunt videntes tribulationes
 Christi, matth. 26 f. marc. 14 e. luc. 22 e
 Ex Discipulis Christi, quidam dubitauerunt eum
 surrexisse matth. 28 a.
 Discipulis suis inclusus propter metum Iudaeorum,
 ianuis clausis ingreditur ad eos ut viderent
 eum surrexisse ioan. 20 c
 Discipuli Christi sunt, qui in fide eius permanet,
 ioan. 8 d
 Discipuli Christi dignoscimur, si mutuam dilecti-
 onem habuerimus ioan. 13 d
 Qui Discipulus Christi esse velit, tanquam domum
 edificaturus, aut bellum cum altero commissu-
 rus, perpendat an a deo sibi datum sit, tribulatio-
 ne oborta propter Christum, posse pati, & non
 resilire a Christo luc. 12 f
 Discipulus Christi, ministerque euangelij esse non
 potest, qui parentes &c. plus amat quam Chris-
 tum, matth. 10 d.
 Discipulo Christi si quis vel potum aquae eo nomi-
 ne dederit, quod Christi sit, non perdet mercedem,
 matth. 10 d
- ### Disciplina
- Disciplinam dei & tribulationes, quas infligit nobis,
 ne negligamus heb. 12 b
 Qui sine Disciplina dei sunt, filij eius non sunt,
 heb. 12 c
 Disciplinam suam non recipientibus, id est non
 sentibus praecipis suis obedire, minatur deus
 leuit. 26 d
 Disciplinae & correctionis vtilitas prouer. 13 c.
 15 d. 12 a.
 Disciplinam & correptionem irridet stulti, pro-
 uer. 15 a b.

Disce-

TESTAMENTI. 100

Discere

- Discere timere deum, 3. reg. 8 e.
 Discenda & facienda præcepta dei, deut. 5 a.
 Ut Discerent timere deum præcipit deus legi po-
 pulo Deuteronomium, deut. 31 c
 Discamus timere deum, faciendo quod præcipit,
 deut. 14 c

Discordia.

- Discordix occasionem se fuisse in Iudæa cõqueri-
 tur Jeremias, iere. 15 c.
 Discordiarum seminatorem detestatur dominus,
 prouer. 6 b
 Dissidiorum amatores vbique quærunt rixandi
 occasionem, prouer. 18 a
 Non Dissensionis deus author est, sed pacis,
 1. corin. 14 f
 Dissensio inter Paulum & Barnabã tanta, vt dis-
 cederent ab inuicem, act. 15 g.

Dispensatio

- Dispensatio euangelij Paulo credita, 1. corint. 9 c.
 ideo supplicium illi paratum, si cessasset,
 Dispensatores misteriorum dei, apli, 1. corint. 4 a.
 In Dispensatoribus dei, fidelitas requisita, qua so-
 lam dei gloriam spectent, 1. corint. 4 a
 Dispensatores gratiarum & donorum dei sunt fi-
 deles, 1. petr. 4 b

Disputatio

- Disputationes & quæstiones stultas de lege vi-
 temus, tit. 3 c

Dissimulare

- Dissimulat Saul se audire verba impiorũ, nolenti
 um ipsum recipere in regem 1. reg. 10 d

Ditare

- Ditat dominus & pauperem facit quando ius-
 bet, vt de se Anna cãtat, quam ipse dominus infœ-
 cundam

INDEX VTRIVSQUE
cundam fecerat, & postea fecundam fecit,
1. reg. 2 b.

Diues

DIVES deus in omnes qui inuocant illum,
rom. 10 c

Diues, vt Christus interpretatur, is est qui in di-
uitijs confidit, marc. 13 b.

Diuites inuitat Iacobus ad planctum iacob. 5 a

Diuitibus vix, & quare luc. 6 d

Diues in vix suis marcescet iacob. 1 b

In Diuites operarios suos mercede debita frau-
dantes iacob. 5 b

In Diuites, qui pauperes Christianos ad tribuna-
lia pertrahunt iacob. 2 b

Diuites sibi thesaurizant iram dei iacob. 5 a

Diues non honorandus ob rerum fluxarum abun-
dantiam iacob. 2 a

Ne Diuites fieri velimus, dehortatur Paulus, do-
cens incommoda diuitiarum 1. timo. 6 b.

Diuites hortatur Paulus ad spem in deum, & ope-
ra bona in pauperes, 1. timo. 6 d.

Diuitibus & saturis maxime cauendum ne obli-
uiscantur dei saluatoris deut. 6 b c

Diues iuuenis iussus a Christo omnia quae possi-
deret vendere, tristis abiit luc. 18 d

Diuites peruenire ad euangelij cognitionem possi-
bile est apud deum, matt. 19 c. marc. 10 b. luc. 18 d.
vt de Zachæo legis in Luca, 19 a

Diuites reddit deus mendicos: esuriētes autem,
bonis replet, luc. 1 e

Diuitis epulonis parabola: siue historia monet
nos Christus vt presentibus bonis bene vtamur,
& pauperes non negligamus. scripturę præterea
auscultandum, quid nos deceat abunde præcipi-
enti; frustra vero & a mortuis testimoniū peti,
luc.

- luc. 16. e
 Diuitis cuiusdam propter opes elati parabola,
 docet Christus vitam hanc temporalē diuitiarū
 abundantia non consistere: sed si quis deo fidat,
 illi nihil deesse, etiam in egestate, luc. 12. c
 Diuites minoris facit Christus iactātes æra mul-
 ta ex eo quo abundabant, in gazophylacium, &
 mulierē duo æra minuta mittentem, etiam ex eo
 quod illi deerat, marc. 12 d. luc. 21 a
 Diuitis personā non consideret iudex, leuit. 19. c
 Diues delicto non caret eccl'i. 11. b
 Diues ille beatus qui in pecunijs spem nō habet
 repositam eccl'i. 31. a
 Diuitem mendacem odit dominus eccl'i. 25. a
 Diuitis vitia eccl'i. 13. a
 Diuitis molestia eccl'es. 5. c
 Diuitis & pauperis collatio eccl'i. 13. d
 Diuites Abram & Lot in pecoribus, auro & ar-
 gento gen. 13. a
 Diuites supramodū Esau & Jacob, gen. 30. d. 36 a
 Diues efficitur Isaac a deo gen. 26. c
 Diuitem fecit deus Laban propter Jacob seruū
 suum gen. 30. c
 Diuitias Laban tradit deus ipsi Jacob, gen. 31. b
 Diues supramodum Booz ruth. 2. a
 Diuites in pecoribus, Gad, Ruben, & dimidia
 tribus Manasse num. 32. a
 Diues Berzellai Dauidem fugitiuū pauerat, pro
 quo beneficio non vult sibi quicquam tribui
 2. reg. 19. f
 Diuites non secuta est Ruth, vt eis nuberet, nec
 pauperes, sed omnia deo committens, tandem re-
 perit cui nubat ruth. 3. c
 Diues mulier alit Eliseū saepe iter habentem per
 domum illius 4. reg. 4. b
 Diuitis

INDEX VTRIVSQUE

Diuitis & pauperis parabola proponitur à Nathan ipsi Dauidi, 2. reg. 12. a b

Diuitias Isaac confitetur Abimelech à deo esse, gen. 26. f

Diuitiæ male partæ, dilabuntur, prou. 28. b

Diuitiæ amicitiam pariunt prouer. 19. a

Diuitiæ à dño misericordia, deut. 8. d. prouer. 10. c

Diuitias vt acquiram⁹, tribuit de⁹ vires, deut. 8. d

Diuitias suas vult acceptas referri deo ipse Abrâ non hominibus gen. 14. d

Diuitiarū & paupertatis author dñs prou. 22. a

Diuitijs non fidendum abd. 1 b. ecci. 5. a

Diuitias vbi dederit de⁹, ne obliuiscamur ipsius esse omnia deut. 8. c

Diuitiarum fallacia, verbum euangelij suffocat in nobis marc. 4. b

Diuitias (eas alienū vocat Christus) qui non bene dispensant (quod iniquum esse in mammona iniquitatis significat) ij quia nondum illis renuntiarunt, sed fidunt, regnum euangelij non percipiunt, luc. 16. c

Diuitias tēporales (quas Christus Mammon iniquum vocat, materies nempe omnis iniquitatis) vt pauperibus abūde elargiamur, adhortat Christus, recepturis nos in æterna tabernacula, si bonis dei vsi fuerim⁹ ad nostrā vtilitatē, vt villicus iniquus bonis domini sui, luc. 16. a

Diuitias solam sapientiam petenti Salomoni dat deus, 3. reg. 3. b

Diuitijs & deo non possumus seruire, matth. 6. c luc. 16. c

Diuinus

Diuinator

Diuinatio

Diuinitas

Diuini

TESTAMENTI.

102

- Diuini moriantur leuit. 20. d
- Diuinatores Aegyptiorū non possunt interpre-
tari somnia Pharaonis gen. 41. b
- Diuinationibus inferuiunt Israelitę 4. reg. 17. c
- Diuinos consulunt Philisthæi de reducenda arca
dei 1. reg. 6. a
deut. 18. b
- Diuinos ne consulamus,
Per quæ participemus Diuinam naturam,
2. petri. 1. a
- Diuinitatis plenitudo in Ch̄o habitat, colof. 2. a
- Diuortium
- Diuortium non querat, qui vinculo coniugali al-
ligatus est vxori 1. corint. 7. c
- Docere
- Doctus
- Doctōr
- Doctrina
- Docti sunt à deo Christiani, ioan. 6. e. heb. 8. d
1. ioan. 5. d. isa. 54. d
- Doctōr apostolorum & fidelium omnium, spiritus
sanctus, ioan. 14. d. 16. c. psal. 31. vers. 10
- Doctōr gentium Paulus, 1. timoth. 2. b
- Doctōres constituit Christus in ecclesia, & ad quod
1. corint. 12. d. ephes. 4. b
- Doctōrum claritas dante. 12. b
- Docere omnia quę preceperat illis, precipit Chri-
stus apostolis missis ad predicandum euangelium,
matth. 28. d. marc. 16. d
- Qui Docet, doctrinam dei doceat, 1. pet. 4. c
- Doceamus singuli singulos 1. thess. 5. c
- Doctōres fugiant questum, quæstiones item &
verborum pugnæ, & prophanas vocum nouita-
tes, vnde oriuntur inuidiæ 1. timoth. 6. b d
- Doctōres futuros qui placētia et fabulas homini-
bus loquerētur, p̄ dicit Paulus, 2. timoth. 4. a
- Doctōr

INDEX VTRIVSQUE

- Doctores aliud docentes q̄ euangelium, quales esse soleant, 1. timoth. 6. a. 2. timoth. 6. b
- In Doctores docentes peruersa, turpis lucri gratia, tit. 1. b
- In Doctores docentes quæ sunt contra euangelium, 2. timoth. 3. b
- Doctrina dei, donum, rom. 12. b
- Doctrina sana quæ sit tit. 2. a
- Doctrina dæmoniorum quæ 1. timoth. 4. a
- Doctrinam nouam vocant Iudæi euangelium, marc. 1. c
- Doctrinam sanam futurū vt homines non reciperent, sed magistros sibi quærentes loquentes placentiā & fabulas, prædicat Paulus, 2. timoth. 4. a
- Doctrinam aliam afferentes q̄ Christi, non recipiendi, 2. ioan. c
- A Doctrina in specie sublimi & probabili cauendum, colof. 2. a
- Doctrinis varijs ne abducamur, vt aliunde salutem existimemus posse consequi q̄ per Christū, heb. 13. b
- Ad Doctrinam nostram traditæ sunt scripturæ, rom. 15. a
- Doctrinæ dei forma quam dedit nobis, est charitas, rom. 6. c
- Doctrinam Christi admirantur turbæ, marc. 11. c
- Doctrinæ vt instet Timotheus, hortatur Paulus 1. timoth. 4. d
- Doctrina & veritas in rationali iudicij, exod. 28. e
- Doctrina seminanda ecclēs. 11. a
- Doctrinam a iuuentute amplectendam suadet, ecclē. 6. b
- Doctrinā suam vt pluuiam stillare, & fluere vt rorem

TESTAMENTI. 103

- rorem, optat Moyses deut. 32. a
- Doctrina plenus Hiram in ædificanda domo,
3. reg. 7. b
- Doctus ad regnum cælorum, & ad prædicandū
euangelium, abunde docet quæ ad rem faciunt,
matth. 13. g
- Docuit populum suū Israel deus, deut. 4. f. 32. b
- Docet deus viam bonam per quam ambulent q
conuersi ad ipsum fuerint, 3. reg. 8. d
- Docentur à deo, qui appropinquāt pedibus eius
deut. 33. a
- Docuit Israelitas deus quadraginta annis ipsum
timere, & ipsi soli fidere, deut. 8. b
- Docet Moysen deus quid loquatur coram Pha
raone, exod. 4. c
- Docet nos deus ad prælium 2. reg. 22. c
- Vt Doceret populū Israel timere ipsum, & præ
cepta ipsius implere, iusserat deus Moysi,
deut. 5. d. 6. a
- Vt Doceat Moyses filios Israel canticum quod
de futura ipsorū præuaricatione, & malis eis eue
turis, cōposuisset, præcipit deus, deut. 31. e
- Quæ Docebant Leuitæ ex præcepto dei, solícite
vt facerent præmonet Moyses Iudeos ne per
citerentur plaga, exemplo Marię sororis Aaron
deut. 24. b
- Docendi sunt filij verbum dei deut. 6. b. 11. c
- Docendi sunt filij quare primogenita deo offerre
tur, exod. 13. c
- Doceri iubet Iosue filios, qd significarēt duode
cim lapides in Galgalis, in loco castrorum fixi,
ios. 4. a d
- Docet filios & familiam, custodire legem dei ip
se Abraham gen. 18. c
- Docendi filij nos esse liberatos à seruitute diabo
li: vt

INDEX VTRIVSQVE

si: vt precepta dei impleremus, deut. 4 b. 6. d

Docetur Ioas rex Iuda ab Ioiada sacerdote,

4. reg. 12. a

Docet viam bonam & rectam Samuel populū,

1. reg. 12. d

Doeg

Doeg pastor Saulis gratiam domini ambiens, et
sua querens, prodit Dauidē Sauli, 1. reg. 22. b

Doeg Idumęus impius occidit sacerdotes domi
ni iussu Saulis, 1. reg. 22. d

Dolere

Dolet deum, Israelitas sic affligi, iudicū. 10. d

Dolus

Dolus non erat in ore Christi 1. petr. 2. d

Dolus omnis absit a Christianis 1. petr. 1. a

Dominus

Dñs vn9 & sol9, est de9 noster, deu. 6 a. ephe. 4. a

Dominus prope est philip. 4. a

Dñi sunt omnia, ideo nihil impurum quod ab eo
conditum est in vsus hominum 1. corin. 9 f

Domino seruiendum, rom. 12. c

Vt Dominus cognoscat ab Aegyptijs esse deus,
signa magna fecit, exod. 7. a

Dominum deū nō cognoscit Pharao exod. 5. a

Dominus est cū homine immutato per spiritum
donoc9 ipsius domini dei, 1. reg. 10. b

Dominus tecum virorum fortissime: Salutatio
est qua salutauit angelus Gedeonē, iudic. 6. b

Dominus vobiscum: Salutantium voces Hebrę
is vsitate quibus respondebatur, Benedicat tibi
dominus, ruth. 2. a

Dominorum officium in seruos ephes. 6. b

coloss. 4. a. eccl'i. 33. d

Dominus si quid inique gessit in seruum, nō eris
impunitus coloss. 3. d

Domini

TESTAMENTI. 103

- Dominū suū vocat Rebecca seruum Abraham,
gen.24.c. Item dominū suum vocant Abrahā fili
ij Heth, vt videas modū loquendi fuisse in quo
tidiano sermone erga ignotos, gen.23.a
Dominum vxoris vocat scriptura maritum,
iudicum.19.f.g
Dominus videbit, nomen montis, gen.22.c
Dominari in populo in timore dei, 2.reg.23.a
Dominari deum Israeli vult Gedeon, non se,
iudicum.8.e
Dominū suum Esau vocat ipse Jacob, gen.32.a
Domus
Domesticus
Domus leprosaē consideratio & purgatio,
leuit.14.e.f.g
Domus venditio leuit.25.d
Domorum leuiticarum venditio, leuit.25.c
Domus Salomonis ædificatur, domus item filij
Pharaonis vxoris suæ, 3.reg.7.a.b
Domas pulchras vbi ædificauerimus, memineri
mus dei qui dedit eas, deut.8.c
In Domo sedentes meditemur verbum dei,
deut.11.c
Domus & familiæ Salomonis prudens admini
stratio per prudentes præsides, doctos sacerdotes
gnaros œconomos 3.reg.4.a.b.c
Vt Domus Booz esset sicut domus Phares im
precatur populus, ruth.4.c
Domas ædificat deus obstetricibus timentibus
se, id est eis prouidet, exod.1.d
Domus dei, gen.35.b
Domus dei in Silo, Bethel. iudic.18.g.20.b
Domus domini, templum, 1.reg.11.e
Domum domini prohibetur David ædificare,
1.reg.7.a.b

Domus

INDEX VTRIVSQUE

- Domus discalceati quę dicebatur in Israel,
deut. 25. b
- Domum fidelium se ędificaturum sacerdoti Sa-
doc pędicat deus 1. reg. 2. g
- Domum fidelem & firmam se ędificaturum ipsi
Ieroboā ambulanti iuxta pęcepta sua, promit-
tit deus 3. reg. 11. g
- Domū Israel dicuntur ędificasse Rachel & Lia,
quę genuerunt filios Iacob ex quibus ingens po-
pulus Israel ruth. 4. c
- Domum suam vocat deus populum Israel,
nume. 12. b
- Domus dei vbi de9 habitat p verbū suū, ge. 28. c
- Domus dei ecclesia, quam ędificauit Christ9 cō-
uertens corda ad euangelij susceptionem,
2. reg. 7. c
- Domus dei spirituales, fideles sunt, heb. 3. b
1. pet. 2 a. 4 d
- Domus pro corpore nostro accepta, 2. cor. 5. a
- Domestici patrifamilias Christi, fideles sunt,
matth. 10. c
- Domesticis fidei maxime, benefaciendū, gal. 6. c
- Per Domos & publice Paulus euangelium pę-
dicat, act. 20. d
- Donum
- Donatio
- Dona dat Rebecce & parentibus ipsius seruus
Abraham, gen. 24. f
- Dona voluntaria exigit deus ā populo pro con-
fectione tabernaculi exod. 25 a. 35 a
- Dona non accipit deus vt iudicet quenquam,
deut. 10. d
- Dona quę dedit deus Salomoni 3. reg. 4. d
- De Donis dei non pęsumendum, vt Aśael,
2. reg. 2 de

DONVM

TESTAMENTI.

105

DONVM dei est, quòd saluamur, ephes. 2. a

Donum dei, Christus datus pro nobis, ioan. 1. b
rom. 5. c

Donum dei est, Christo credere. Vide, Credunt
qui denuo.

Donum dei est, impositione manuum dare spiri-
tum sanctum, act. 8. d

Donū dei est, scripturas intelligere & interpreta-
ri, vt vides luc. 24. g. vbi Christus mentes apo-
stolorum aperit, 1. corint. 14. c

Donum dei est ferre posse propter eum tribula-
tiones philip. 1. d

Dona dei sunt omnia quæ habemus, vt vides in
parabola talentorum, matt. 25 b. luc. 19 b. nihilq;
habemus, quod non acceperimus, 1. corinth.
4 b. omniaq; à patre luminum descendunt,
iacob. 1. c

Dona varia dedit Christus ascendens in cælum,
ad ædificationem ecclesiæ, ephes. 4. b

Donorum suorum deum non potest pœnitere,
rom. 11. d

Donū propriū habet vnusquisq; à deo, 1. cor. 7 b

Donata sunt nobis omnia diuina virtute, quæ ad
veram vitam & pietatem pertinent per fidem
in Christum, 1. pet. 1. a

Donata sunt nobis maxima promissa per Chri-
stum, 2. pet. 1. a

Dona quæ dedit nobis deus agnoscimus spiritu
sancto docente, 1. corint. 2. c

Donia quæ accepimus, diligenter in alterutrum
administremus, vt in eis honorificetur deus,
1. pet. 4. c

Dona maiora quibus diuinitus obtigerint, ab ijs
maiora a deo exigentur luc. 12. f

Donationes secundum gratiam dei differentes,
rom.

INDEX VTRIVSQVE

- rom. 12. b
 De Dono linguarum 1. cor. 14. c d
 Donū charitatis ceteris excellētius, 1. cor. 12. d
 Donum dei est sedere ad dexteram vel ad sinistra
 Christi, matth. 20. c. marc. 10. c
 Dona dei, siue temporalia sint, siue spiritualia, si
 quis in aliorum vsus non administrauerit, priua
 bitur ijs, & abijcietur in gehennā, vt vides in pa
 rabola talentorum, matt. 25. c. luc. 19. c
 Dormire
 Dormienti Samsoni super genua Dalila meret
 tricis, raduntur pili septem, et deficit ei fortitudo
 iudicum. 16. e
 Dormienti Sauli inimico p̄cit David, 1. reg. 26. a b
 Dormienti & lasso, & esurienti Elię angelus dei
 ministrat cibum, 3. reg. 9. a
 Dormituri meditemur verbum dei, deut. 11. c
 Dormit ipsa Ruth ad pedes Booz, ruth. 3. a b c
 Dormientem Ruth secum sentiens Booz, cōtur
 batur, ruth. 3. b
 Dormit Abisag puella in sinu Davidis senis et fr̄i
 gidi, vt eum calefaceret 3. reg. 1. a
 Dormire pro mori acceptum ob resurrectionem
 gene. 47. g. 3. reg. 1. c. deut. 31. b
 Dormire pro mori morte corporali, matth. 9. c
 27. f. marc. 5. b. luc. 8. g. ioan. 11. b. act. 7. g
 Dormientium primitiæ Christus surrexit,
 1. corinth. 15. c
 Non Dormiamus, nec; negligamus & ignore
 mus dominum, 1. thess. 5. a
 Dormire cū muliere, pro rem habere cū muliere
 1. reg. 2. a
 Dormiens cū ancilla quomodo puniendus,
 leuit. 19. e
 Dormiens cū vxore patris, cum sorore sua, cū so
 cru sua,

TESTAMENTI.

166

eru sua, aut cū iuramento maledictus, deut. 27 c d

Dragma

De Dragma perdita, vide luc. 15. b

Draco

Draconis magni & rufi signū in cęlo, apoc. 12. a

Draconis & angelorum eius prælium cum Michaelē,

apoc. 12. b

Draco q̄ est diabolus & satanas, ligat⁹, apo. 20. a

Draconem interficit Daniel, danie. 14. e

Duodecim

Duodecim apostolorum nomina, matth. 10. a

marc. 3. b. luc. 6. b

Duodecim horas diei esse cum respōderet Christus

apostolis nuntiantibus Iudæos ipsum velle

occidere, aperte docuit tēpus sue passionis a pā-

tre statutum, non posse accelerari aut retardari,

nec esse quod timere debeant quādiu essent secū

qui lux erat ioan. 11. b

Duritia

Ne Duritiam populi aspiciat deus, orat Moyses

deut. 9. d

Dux

Dux populi Israel, deus deut. 1. e

Dux solus Israelitarum deus, non adiutus alio,

deut. 32. b

Dux noster deus, ducēs nos ad ea quæ vult fieri,

deut. 31. a b

Duces castrorum recensentur, num. 10. b

Vt Ducem super Israelitas vngat Saulem, præci-

pit deus Samueli 1. reg. 9. c

Duces quare a regibus in prouincias mittantur,

quibus oportet nos subijci 1. pet. 1. c

Dux incredulus Eliseo per verbum dei Samarita-

nis abundantiam prædicenti, occiditur,

4. reg. 7 a d

O 2

Ebrietas

INDEX VTRIVSQVE

E

Ebrietas

Ebrius

Ebriosus

Ebrietas regibus fugienda prouer. 31. a
 Ab Ebrietate & crapula cauendum, luc. 21. f
 ephe. 5. d

Ebrietatem damnat Salomon prouer. 20. a

Ebrietatis incōmoda, prouer. 23. d. eccli. 31. b c d

Ebriosi, regnū dei non possidebunt, 1. cor. 6. b

Ebriosos iudicāt apostolos, spiritu sancto reple-
 tos ij qui Christum non nouerant act. 2. b

Ebrius Noe irridetur a filio gen. 9. c

Ebrius & securus Benadad, contemptor dei ve-
 ri, fugatur a deo per Achab 3. reg. 20. c

Ebrius rex Israel Ela, occiditur a seruo suo Zam-
 bri, 3. reg. 16. c

Ebri9 Amnon occiditur ab Absalom, 2. reg. 13. f

Ebrius Nabal 1. reg. 25. f

Ebriam iudicat Annam Heli sacerdos quod oran-
 te ipsa in corde, vox ipsius non audiretur,
 1. reg. 1. c

Ebria quæ doctiorem impium significat virum,
 & doctrina sua stupidum, peribit cum sitiente di-
 scipulo deut. 29. c

ECCLESIA

ECCLESIA, domus dei, 1. timoth. 3. d

Corpus Christi, ephes. 1. d. colof. 1. d. Plenitudo
 Christi, in quam transfundit virtutem & bene-
 ficentiam suam abundantissime, ephes. 1. d

Ecclesia dei sancta, isa. 4. a

Ecclesia sponsa Christi psal. 44. vers. 10

Ecclesiae caput Christus ephes. 1. d. colof. 1. d

Pro Ecclesia sua Christus seipsum tradidit, &
 quare ephes 5. e
 Ecclesia

- Ecclesia dei tuta a peccato, morte, & inferno, isa. 11. b
- Ecclesia spe promissionum dei confirmatur, micha. 7. d
- Ecclesia principium habuit in Ierusalem, isa. 2. a
- Ecclesiae nascentis initium psal. 47. vers. 1
- Ecclesia Christi futura ex omni natione, in qua remissio peccatorum psal. 64. vers. 1
- Ecclesiam alloquitur propheta, quae per praedicatione euangelij in toto orbe congregat, isa. 60. a
- Ecclesias ex gentibus congregatas, sub nomine insularum alloquitur Christus isa. 49. a
- In Ecclesia omnes eodem verbi dei pabulo pascuntur isa. 11. b
- In Ecclesia peccati remissio isa. 33. d
- Ecclesiae edificio fundamentum iactum **CHRISTVS IESVS** 1. corint. 3. c
- Contra Ecclesiam & fidem quam habet in Christum, non praeualebunt potestates inferorum, matth. 16. c
- Pro Ecclesia quae ad verbum apostolorum credit, orat Christus ioan. 17. c
- In Ecclesia, fideles & infideles, vt in magna domo vasa aurea & testacea, mali & hypocritae Christianis permisti, vt docet Christus in parabola de eo qui bonum semen seminauerat, matth. 13. d. 2. timoth. 2. c. ne quis miretur si qui a fide discedant.
- In Ecclesia ministrations diuersae, cum idem sit omnium dominus, cuius munere dispensantur, 1. corint. 12. a
- In Ecclesia florebut senes sensibus isa. 65. d
- In Ecclesia dei omnia sancta Zacha. 14. d
- In Ecclesia et congregatione fidelium taceat mulieres 1. corint. 14. f

INDEX VTRIVSQUE

- Ecclesia dei contendere non solet, 1. corint. 11. c
 Ecclesijs omnibus Christianorum eandem doctrinam tradidit Paulus, 1. corint. 14. f
 Ecclesiæ Cenchreësis ministra Phœbe, rom. 16. c
 Ecclesię dicatur fratris peccantis & nolentis resipiscere peruicacia, vt à toto eorum coetu inter quos versatur, moueatur matth. 18. c
 Vide regnum celorum.
 In Ecclesiam dei qui admittendi deut. 23. a
 In Ecclesiam non admittuntur Moabite & Ammonite deut. 23. a
 Ex Ecclesia pellendi sunt impij, zacha. 14. d
 Pro Ecclesia senescēte in qua refrigescit charitas, orat Christus, psal. 70. vers. 10
 Ecclesię descriptio sub typo ciuitatis Ierusalem, psal. 137
 Ecclesię Christi concordia isa. 11. b
 Ecclesię nomen nouum, in qua fit dei voluntas, isa. 62. a
 Ecclesię vastatio sub typo Ierusalē zacha. 14. a
 Ecclesię querimonia ob suam abiectionem, psal. 88. vers. 37. isa. 49. d
 Ecclesię propugnator Christus zacha. 14. a
 Ecclesię hostibus cōminat dñs zacha. 14. c
 Ecclesię cōfirmatio aduersus hostes, Miche. 4. c
 Ecclesię instauratio amos. 9. e
 Ecclesię bona multa promittuntur annuntiato euangelio isa. 60. c
 Ecclesię exultatio in spe promissionum dei lætantis, isa. 61. d
 Ecclesię fœlicitas predicif, isa. 33. d. michæ. 7. c
 Ecclesię æternitas, ioel. 3. d
 Ecclesiam, vocat Paulus etiam fideles qui in vna domo habitant rom. 16. a. colof. 4. d
 Ecclesiastici libri author Iesus, Iulius Sidrach,
eccl'i.

eccli. 50. d

Edere

Edendi & bibendi ius sumptu eorum quibus
euangelizauit, sibi esse ostendit Paulus,
1. corint. 9. a

Edom

Edom quare sic dictus gen. 25. d

Edom generationes gen. 36. a

Edom negat transitum filijs Israel per terrā suā,
num. 20. c

In Edom non est rex, nisi præfectus à Dauide &
successoribus 3. reg. 22. g

Edom recedit à Iuda, & constituit sibi regem,
4. reg. 8 e. 1. paral. 21. b

Edomitę percutiuntur ab Amasia, 4. reg. 14. b

Effœminatus

De Effœminatis. i. scortatoribus, cinædis & scort
tis masculis vide 3. reg. 14 f. 15 b, 22 g. 4. reg. 23 b.
prouerb. 18. b

Effundere

Effundere animam, vide Anima.

Egeni

Egestas

Egenis succurrendum prouerb. 28. d

Egestas consumit non custodientes præcepta dei
deut. 28. c

Eglon

Eglon urbem expugnat Iosue, iosue. 10. f

Eglon regem Moab cõfortat deus aduersus Isra
elitas ad idola conuersos, iudic. 3. b

Eglon regem Moabitarum cõfodit Arad in æsti
uo cœnaculo clam num. 3. c

Egredi

Egredi & ingredi ante populū nō poterat Moy
ses semo contactus deut. 31. a

Egressio

INDEX VTRIVSQUE

Egressio filiorum Israel ex Aegypto, exod. 12. f
 Egressum & ingressum vocant Hebræi cōuersationem hominis: quam Salomon nesciuit regere nisi sapientia dei 3. reg. 3. a

Ela

Ela cōstituitur rex super Israël post Baasam patrem 3. reg. 16. c

Ela occiditur à Zambri seruo suo, 3. reg. 16. c

Elatio

Elationem Corinthiorum arguit Paulus, 1. cor. 4. b

Elcana

Elcana Leuites Ephrathæus duas vxores habet 1. reg. 1. a

Elcanæ benignitas erga vxorem, 1. reg. 1. d

Eldad, & Medad, requiescentem in eis spiritum dei prophetant nume. 11. f

Eleazar

Eleazari filij Aaron vxor & filij, exod. 6. d

Eleazar filius Aaron moritur iof. 14. g

Eleazar percutit Philisthæos 2. reg. 23. b

Eleazar filius Abinadab sanctificatur, vt custodiatur arcam dei 1. reg. 7. a

Eleazarus substituitur Aaron patri suo, nume. 20. d

Eleazarus moritur iof. 14. g

Eleazar filius Saura occidit elephantem singulari certamine, 1. macha. 6. c

Eleazari passio 2. macha. 6. d

Electi

Eligere

Electio

ELECTI sumus a deo ante mūdi constitutionem per Christum, meritoque ipsius & gratia vt salutem haberemus, & vt per dilectionem omnia

TESTAMENTI. 109

omnibus seruiremus, operaque bona faceremus,
ioan. 15 c. ephe. 1 a. 2. thessa. 2 d

Eligimur a deo patre pro sua voluntate, 1. pet. 1 a.

Elegit Iudæos deus ex omnibus populis, tantum
quia eos dilexit, & quia promiserat, non propter
aliquid aliud, deut. 7 b. 10 c

Elegit deus Iudæos vt essent ei in populum pe-
culiarem, deut. 14 a.

Electi pauci, qui syncera fide versentur in operi-
bus bonis, etsi multi sint vocati ad hoc, matth.
20 b. 22 b.

Per Electionē gratiæ dei consecutus est Israel salu-
tem, quam nō potuit assequi per opera, rom. 11 a

Electiōnem nostrā ex gratia dei esse, non ex ope-
ribus nostris ostendit Paulus exemplo Iacob &
Esau, rom. 9 c

Electos nemo potest accusare, cum deus sit qui
iustificet, rom. 8 f

Ab Electis electus deus iudicatur quicquid agat,
1. reg. 22 c.

Electus Saul, 1. reg. 9 a

Electus Daud in regem Israel a deo, 2. reg. 6 d

Eleemosyna.

Eleemosynas vt faciamus præcipit Christus: si
non aliunde, vt vendamus quæ possidemus, & ne-
cessitati proximi subueniamus, luc. 12 d

Eleemosynas vt det ex ijs quæ adessent, hortatur
Christus Pharisæos, & omnia tunc illis futura
erant munda, & interna & externa, vbi pro rapi-
na, charitatem dei, pro malitia, beneficentiam in
omnes haberent, luc. 11 f

Eleemosyna quomodo facienda, mat. 6 a. eccli. 18
b. 35 b.

Eleemosynas, Paulus vocat hostiā acceptā deo,
in odorem suauē, placentē deo, philip. 4 d. Be-

INDEX VTRIVSQUE

- nediſtionē item, 2. corint. 9 b. Item collectas, gratiam & communionem, 2. corint. 8 a
 De Eleemofyna vide, eccli. 17 c. 29 c
 Elementa,
 Elementa calore foluentur in die iudicij, 2. pet. 3 c
 Elementa mundi vocat Paulus ciborum delectū, obferuationem dierum, galat. 4 b. quę cum obferuarent Galatę, tanquam ad ſalutem neceſſaria, fruſtra Chriſtum eis prædicarat,
 Eleuator
 Eleuator noſter deus 2. reg. 22 a
 Eliacim
 Eliacim qui & Ioacim fratri Ioachaz ſubſtituitur, 4. reg. 24 a. 2. para. 36 a
 Elias
 Elias famem prædicit futuram in Iſrael, 3. reg. 17 a
 Elias mittitur ad mulierem Sarepthanam, cuius filium ſuſcitat, 3. reg. 17 a
 Elias dei prouidentia paſcitur à coruis, 3. reg. 17 c.
 Elias à deo mittitur ad Achab, quem confidenter arguit, 3. reg. 18 a c
 Elię zelus pro deo, 3. reg. 18 c.
 Elias irridet deum Baal, & prophetas eius interficit, 3. reg. 18 c
 Elias impetrat pluuiam à domino, 3. reg. 18 g
 Eliam perſequitur Iezabel, 3. reg. 19 a
 Elias fugiens Iezabel, eſuriens mortē optat, & paſcitur à domino per angelum 3. reg. 19 a
 Elię orationis efficacia iacob. 5 d. 3. reg. 19 a
 Elias ieiunus, cibo dei per angelum miſſo fortis effectus, 40 diebus & 40 noctibus ambulat vſq; ad montem dei Horeb 3. reg. 19 b
 Elias, oſtenſa tēpeſtate horrenda, & petras frangente inde cōmōtione terrę, inde igni: in quibus omnibus nō eſſet deus, quibus tentabatur à deo quali

TESTAMENTI. 110

- quasi ipse deus pugnaret contra eum, recipit animum per deum, & fortis efficitur ita ut non ultra timeat Iezabelem 3. reg. 19 b
- Elias iubetur inūgere Hazael, Iehu, & Elifeum, 3. reg. 19 c.
- Elias increpat Achab, prædicens illi mortem, & mortem Iezabel 3. reg. 21 c
- Elias vir pilosus, zona pellicea incinctus renibus, 4. reg. 1 b
- Elias pallio diuidit aquas Jordanis 4. reg. 1 b
- Ad Eliam missi principes quinquagenarii igne consumuntur, 4. reg. 1 d.
- Elias increpat Ochoziam, quod cōtempo deo, consulerit Beelzebub 4. reg. 1 d
- Elias suam translationē vult celare, nesciens alijs reuelatum esse de ea, 4. reg. 2 a
- Elias rapitur in cælum 4. reg. 2 b
- Eiam promissum apud Malachiam Christus Ioannem baptistam interpretatur: ad cuius prædicationem qui non respiciissent, anathemate percutiendi erant, matth. 11 b
- Eiam Ioannem baptistam venisse, & omnia restituisse, populum ad Christum perducendo, docet Christus discipulos, matth. 17 b. marc. 9 b
- Eliæ & Elisei exēplo docet Christus Nazareos, non per ipsum primū alienis gentibusq; præstari dei beneficia, præteritis domesticis Iudæis, lu. 4 d
- Eliezer
- Eliezer filius Moysi nascitur exo. 2 d. 18 a
- Elim.
- In Elim veniunt filij Israel exod. 15 d
- Elimelech
- Elimelech Bethlehemita cum vxore Noemi, & duobus filijs, peregrinatur in regione Moabitis, & ibi moritur, Ruth 1 a
- Eli

INDEX VTRIVSQUE

Eliphaz.

- Eliphaz vnus ex amicis Iob, arguit Iob impatientie, iob 4 a.
 Eliphaz ex afflictionibus Iob nititur probare eum esse impium, communi omnium carnalium argumento iob 3 b.
 Eliphaz argumentum aliud a iustitia dei, iob 4 d
 Eliphaz peritat nitens ostendere Iob impietate, a sanctorum impunitate, & stultorum perditione, iob 5 b.
 Eliphaz arguit Iob de sapientie & munditie arrogancia, iob 15 a.

Elisabeth

- Elisabeth vxor Aaron filia Aminadab, exo. 6 d.
 Elisabeth sterilis concipit, occultans se mensibus tribus. Salutatur a Maria. Parit Ioannem baptistam, luc. 1 c d f.

Eliseus

- Eliseum vt vngat in prophetam pro se, iubet deus Elie, in ultionem idololatrie Israel, 3. reg. 19 c.
 Eliseus mactatis bobus, & de sacrificio suo datis populo epulis, gratijs actis sequitur deum vocantem, non respiciens in sua quae derelinquebat, 3. reg. 19 d.
 Eliseus ministrat Elie, 3. reg. 19 d.
 Eliseus ex agricultura ad prophetiam vocatur a deo per Eliam 3. reg. 19 d.
 Eliseus petit sibi dari spiritum Elie duplicem, qui per eum duplo plus ageret, quam agit per Eliam 4. reg. 2 b.
 Eliseo spiritu dei pleno, incuruant se prophetae, 4. reg. 2 c.
 Eliseus Elie comes indiuiduus, 4. reg. 2 a.
 Eliseus pallio Elie diuidit aquas Iordanis, 4. reg.

4. reg. 2 e

Eliseum irridentes pueri, lacerantur ab vrfis,

4. reg. 2 d

Elifeus sanat aquas mortiferas, immiffo in eas fa-

le,

4. reg. 2 d

Elifeus pfalte canente prophetat,

4. reg. 3 b.

Elifeus impetrat aquas exercitui Ifrael,

4. reg. 3 b.

Elifeus multiplicat paupercule vidue oleum

4. reg. 4 a

Elifeus fufcipitur hospitiu, & alitur a muliere di-

uite, sterili: cui pro ministerio impetrat Elifei filiu

a deo,

4. reg. 4 b

Elifeus oratione fidei, fufcit filium hospita suæ

mortuum,

4. reg. 4 f

Elifeus amarum pulmentu filioru prophetarum

iniecta farina reddit dulcem,

4. reg. 4 g

Elifeus tēpore famis, multiplicatis panibus pri-

mitiarum, dat populo esurienti,

4. reg. 4 g

Elifeus curat Naaman Syrum a lepra, ad gloriā

dei Ifrael,

4. reg. 5 a.

Elifeus noluit munera accipere a Naaman quem

sanauerat, ne videretur dei donum vendere,

4. reg. 5 e.

Elifeus tametsi nō fuisset cum Giezi munera ac-

cipiente, omnia tamen nouerat per spiritum dei,

quomodo egisset cum Naaman,

4. reg. 5 g.

Elifeus ferrum natare facit, virtute verbi dei,

4. reg. 6 a.

Elifeus præmonet Ifraelitas vt caueant fibi a Sy-

ris exercitum parantibus cōtra ipsum,

4. reg. 6 b

Vt Eliseum capiant, mittit rex Syrorum exerci-

tum: quem percussit dominus cæcitate ad præ-

ces Elifei, quemque ita cæcū duxit Elifeus in me-

diam Samariam

4. reg. 6 d

Elifeus, qui deum secum habet, nihil timet aduer-

sarios

INDEX VTRIVSQUE

- farros missos ad cōprehendendū eū, 4. reg. 6 d
 Elifeus orat inimicos missos ad cōprehendendū
 eum, percuti cæcitate à deo, ad ipsius dei gloriam
 4. reg. 6 d
 Elifeus non vult inimicos suos percuti à rege Is-
 rael, sed cibari, & quare 4. reg. 6 de
 Elifeo minatur Iorā rex Iudæ mortē, 4. reg. 6 f
 Elifeus sedens in domo sua cū senibus, 4. reg. 6 g
 Propter Elifeum Sunamitidi reuertē in terra Phil-
 listhijm restituuntur possessiones, 4. reg. 8 b.
 Per Elifeum facta miracula narrat Giezi regi,
 4. reg. 8 b
 Elifeus prædicat Samaritis abundantiam, 4. reg. 7 a
 Elifeus prædicat Sunamitidi famem septem anno-
 rum, 4. reg. 8 a
 Ad Elifeum mittit Benadad pro sanitate recupe-
 randa, 4. reg. 8 c
 Elifeus flens, prædicat Hazaeli mala, quæ ipse Ha-
 zael facturus erat Israelitis 4. reg. 8 d
 Elifeus egrotans prophetat regi Ioas, quotiens
 victor futurus esset contra Syros, 4. reg. 13 c.
 Elifeus moritur 4. reg. 13 d
 Ad Elifei ossium contactum suscitatur mortuus,
 4. reg. 13 d

Eliu.

- Eliu vnus ex amicis Iob, docet non ætatem, sed
 spiritum dei dare prudentiam iob 32 b
 Eliu laudat dei æquitatem iob 34 a
 Eliu ostēdit ipsum Iob & si nō merito suo, tamē
 iniuste nō affligi, aut citra causam, iob 34 b
 Eliu rursus declarat dei iusticiam, ab operibus
 eius iob 36 a
 Eliu probat ex alijs operibus sapientiam dei &
 iudicium eius imperuestigabile iob. 37 a

Elon

Elon

TESTAMENTI. 18

Elon iudicat Israelē post Abesān, iudic. 12 d.

Eloquens

Eloquium

Eloquentē se nō esse causatur Moyses, detrectās
prouinciam ad eundē Pharaonis exo. 14 c.

Eloquens Aaron exo. 4 d

Eloquium dei purum 1. reg. 22 c

Elymais vrbs

Elymaidem vrbem volens Antiochus depræda
ri, à ciuibus propellitur 1. mach. 6 a

Elymas.

Elymas magus Paulo prædicanti resistens cecus
efficitur, act. 13 b

Emim.

Emim populus qualis, & vbi habitabat, deu. 1 b

Emmanuel

Emmanuel dictus Christus, per quē, deum pres
entem & propitium habemus isa. 7. matt. 1 d

Emmaus.

In Emmaunta proficiscuntur duo, quorum in iti
nere colloquia de Christo erant luc. 24 c.

Emere

Qui Emunt, sint tanquā nō possidētes, 1. cor. 7 e.

Emit David aream ab Areuna ad edificandū alta
re, nec vult gratis ab eo accipere, 1. reg. 24 d.

Emor

Emor petita Dina filio suo in vxorem, occiditur
a Simeone & Leui cum filio suo Sichem,
gene. 34 b d.

Enacim

Enacim interficitur à Iosue iosue 11 d

Enacim expugnatur ab ipso Caleb, iudic. 1 d

Encenia

Enceniorum institutio sub Iuda Machabeo,
1. mach. 4 g

Enoch

INDEX VTRIVSQVE

Enoch

- Enoch filius Cain gene. 4 c
 Enoch transfertur ad deum gene. 5 d
 Enoch laus ecclesi. 44 c. 49 d.
 Enoch fides, heb. 11 a
 Enoch prophetia de impijs Iudæ c

Enos

- Enos filius Seth primus diuini nominis cultor,
 gene. 4 d
 Enos ætas, 905 anni gene. 5 b

Epenetus.

- Epenetus inter Asianos primus credidit, ro. 16 a
 Ab Epaphra suscepit Colossenses euangelium,
 coloss. 1 a. Cuius sollicitudinem commendat Paulus,
coloss. 4 c

Ephesus

- Ephesorum ciuitas, cultrix magnæ Dianæ,
 act. 19 g.

Ephod

- Ephod 1. reg. 21 c
 Ephod facit Gedeon ex inauribus & torquibus
 Ismaelitarum ab Israel acceptis, quod fuit ipsi Ge-
 deoni & familie in ruinam iudic. 8 f
 Ephod lineo accinctus Samuel, quo ceu signo pu-
 blicus minister & Leuita cognosceretur, in ta-
 bernaculo ministrat coram domino, 1. reg. 2 d
 Ephod induti sacerdotes occiduntur a Saule, ni-
 hil reuerito habitum illum sacerdotalē, qui signum
 erat consecrationis diuinæ, 1. reg. 22 d
 Ephod lineo accinctus Dauid, saltat coram domi-
 no, ducendo arcam ad se, 2. reg. 6 c

Ephraim

- Ephraim filius Ioseph secundus gene. 41 g
 Ephraim & Manasse computari vult ipse Iacob
 inter filios suos, & filios suos dici, gene. 48 a
Ephraim

TESTAMENTI. 113

- Ephraim iunior præponitur in benedictione ipsi
 Manasse seniori, gene. 48 c
 De Ephraim regno prædicat Iacob gene. 49 c
 Ephraim fors ios. 16 a
 Ephraim filij 1. para. 7 d. gene. 46 b
 Ephraim & Manasse petunt sibi maiorem hære-
 ditatem ios. 17 d
 Contra Ephraim pugnat Iephte iudicū 12 b
 Ephraim non expulsos Chananæos facit tributa-
 rios, iudic. 1 f.
 Ephraimitæ insurgunt in Gedeonem, quod eos nõ
 conuocasset ut secum præliarentur contra Madia-
 nitas: quos sedat benigne laudās eos, quod plus
 fecissent occidendo Oreb & Zeb, quam ipse,
 iudicum 8 a
 Ephraimitæ obiurgāt Iephte, quod eos nõ voca-
 rit ad pugnam contra Ammonitas, iudicū 12 a
 Ephrata
 Ephrata quæ & Bethlehem, gene. 35 c.
 Ephron
 Ephron ciuitatem euertit Iudas 1. mach. 5 e
 Epicurei.
 Epicurei & Stoici cum Paulo disputant, act. 17 d.
 Episcopus
EPISCOPVS & curator animarum nostrarū
 Christus 1. pet. 2 d
 Episcopi ecclesie custodes à deo cõstituti, isa. 62 c
 Episcopus constitutus Timotheus per impositi-
 onem manū presbyterij, senatus, seniorumue,
 & Pauli, 1. timo. 4 d. 2. timo. 1 b
 Episcopus Titus, alios episcopos constituit per
 singulas ciuitates tit. 1 b
 Episcopos quos spiritus sanctus constituit super
 ecclesiam, indifferenter vocat Presbyteros Pau-
 lus, act. 20 f. tit. 1 b
 P Epis

INDEX VTRIVSQUE

Episcopus sit exemplar aliorum fidelium in conuersatione, verbo, charitate, fide & castitate,
1. timo. 4 c. 2. timo. 1 c. tit. 2 b.

Episcoporum est scire & docere legē, malac. 2 a b
Episcopi mores quales esse debeant, spectataque
probitas 1. timo. 3 a. 2. timoth. 1 c. 2 b c d

Episcopus quid loqui debeat, & exhortari, tit. 2 d
Episcoporum est aut virga supplicij, aut spiritu
mansuetudinis suos emendare, pro ratione & modo
errantium, 1. corin. 4 d.

Episcopum Paulus non vult de victu esse sollicitum,
ideo ne se mundi negotijs implicet,
2. timo. 2 b

Episcopus in quibus se exercere debeat, 1. timo.
4 b c d.

Episcopum Timotheum adhuc iuuenem omnibus
modis instigat Paulus vt doceat quæ ab eo
didicerat, 2. timo. 2 a

Episcopi euangelici exemplar in castigandis
erratis, se nobis exhibet Paulus 2. corin. 2 a

Episcopum modestiæ erga peccatores admonet
Paulus, cum obsecrare, non increpare velit,
2. timo. 5 a

Episcopi munus ne cito alicui committat, imponendo
ei manus, Paulus dehortatur Timotheū,
1. timo. 5 d

Episcopum adiurat Paulus, vt omnibus modis,
vndecunque accepta occasione, quocunque tempore
pergat exequi officium suum, prædicando
verbum, 2. timo. 4 a.

Episcopus arguat, obsecret, increpet, in omni
patientia & doctrina, 2. timo. 4 a.

Episcopus ne communicet peccatis alienis,
1. timo. 5 d.

Episcopi plures Philippis,

philip. 1 a
In Episc

TESTAMENTI. 114

In Episcoporum impietate inuehitur *Isaías, isa. 56 d*

Epithalamium

Epithalamium, in quo Christum sponsum, gladiumque verbi eius, conuertentem corda impiorum, describit *Dauid, psal. 44. vers. 1.*

Epistola

Epistola Christi sunt Corinthij, in quorum cor-
dibus doctrinam euangelicam scripsit spiritus dei,
Paulo predicante *2. corint. 3 a.*

De Epistolarum Pauli difficultate admonet *Petrus, 2. pet. 3 d.*

Epistolam Pauli ad Romanos scripsit *Tertius, dicente Paulo rom. 16 d*

Epulari

Epulabantur ac lætabantur coram domino pater, vxor, filij, filia, serui & ancilla offerentes hostias ei, *deut. 16 c. 26 c*

Epulandum nobis & exultandum ob pascha nostrum Christum pro nobis immolatum, in azymis syncerioris vitæ, *1. corin. 5 c*

Equi.

Equi albi, rufi, nigri, pallidi, visio. *apoc. 6 a b c*

Equi albi & insidentis in eo, visio. *apoc. 19 c*

Equi & currus solis, *4. reg. 23 c.*

Equorum Salomonis numerus, *3. reg. 4 c*

Equos ne multiplicaret sibi rex vt reduceret populum in Aegyptum, precipitur *Israelitis, deu. 17 d*

Equites Salomonis 12000 *3. reg. 10 d*

Erubescere.

Non Erubescerant Adam & Heua nudi, antequam peccassent *gene. 2 d.*

Ne Erubescamus testificari Christum esse saluatorem, neque erubescamus illorum qui propter illud testimoniū vinculis detinentur, *2. timo. 1 b*

Non Erubescamus, si ob nomē Christi patiamur

INDEX VTRIVSQUE

1. petr. 4 d
 Nō Erubescit Ch̄s vocare nos fr̄es suos, he. 2 c.
 Non Erubescit Paulus euangeliū, rom. 1 b. neque
 pati pericula propter illud, 2. corint. 1 c.
 Erubescētia & confusio & mors animæ, pecca
 tum sequuntur, rom. 6 d
 Erudire
 Erudiuit filios Israel deus timere ipsum, manda
 ta eius seruare, & ipsi soli fidere, quadraginta an
 nis, deut. 8 b
 Eruere.
 Eruere quenquam nemo potest de manu dñi,
 deut. 32 f.
 Eruit deus clamantes ad se iudicium 10 c
 Esau
 Esau nascitur: quem diligit Isaac gene. 25 d.
 Esau vendit primogenita sua fratri Iacob, ge. 25 d
 De Esau & Iacob quid responderit deus consulē
 ti ipsum Rebeccæ gene. 25 c
 Esau gnarus venādi & homo agricola, gene. 25 d
 Esau ducit vxores irritantes spiritū Isaac & Re
 beccę gene. 26 g
 Esau iussu patris it venatum gene. 27 a.
 Esau benedictionē præripit ipse Iacob, gene. 27 d
 Esau seruus fratris sui Iacob constituitur, ge. 27 f
 Esau filio suo benedicit Isaac gene. 27 f.
 Esau odit fratrem suum Iacob, eique mortem mi
 natur, gene. 27 f
 Esau, contra voluntatem patris & matris accipit
 vxores de filiabus Ismahelis gene. 28 b
 Esau cum quadringentis viris proficiscitur in oc
 cursum fratris sui Iacob, gene. 32 b.
 Esau placatur ipsi Iacob gene. 33 a
 Esau offert se comitē itineris fratri suo Iacob
 gene. 33 c.

TESTAMENTI.

115

Esau suscipit munus à fratre Jacob gene. 33 c
 Esau reuertitur in Seir gene. 33 d.
 Esau vxores gene. 36 a
 Esau generationes, gene. 36 a. i. para. 1 c
 Esau ditissimus gene. 36 a
 Esau filij fratres Israelitarum, habitantes in Seir,
 cōtra quos ne pugnēt Israelitę dehortatur Moy-
 ses, deut. 2 a
 Ne vt Esau sim9 fornicatores & pphani, he. 12 d

Esca

Esca destinata est ventri, & venter escis: vt liceat
 vti his ad necessitatem, 1. corin. 8 c
 Esca nos non commendat deo, 1. corint. 8 c
 Si Esca nra sit scādalo fratri, abstinēdū, 1. cor. 1 d.
 Escam spirituaalem manna comederunt Iudæi, &
 aquam spirituaalem biberunt, per hæc signa Chri-
 sto credentes, 1. corint. 10 a

Esdra

Esdra edicto regis Artaxerxis sumptis comiti-
 bus ascendit Ierosolyman 1. esd. 7 a
 Qui cum esdra ascenderint Ierosolyman, 1. esd. 8 a

Est & non

Est & non, non fuit in sermone Pauli, immutabi-
 liter & constanter semper annuntiavit Iesum esse
 Christum, 2. corint. 1 d
 EST est in promissionibus dei, fidelesque sunt,
 2. corint. 1 d

Esther.

Esther ad regem Assuerum introducitur, quę præ
 ceteris illi placens, regina efficitur, esth. 2 c
 Esther petit à Mardochæo per eunuchum quare
 iugeat, esth. 4 b.
 Esther ad regem ingressura iubet pro se orare
 esther 4 d.

Esther intrans ad regem, petit vt ipse & Aman
 P 3 ad con

INDEX VTRIVSQVE

ad conuiuium veniant, esth. 5 a.
 Esther in conuiuio pro se & populo regem Aſſuerum orat, esth. 7 a.
 Esther oratio ad deum pro liberatione populi sui
 esther 14 a.

Esurire

Esurienti & laſſo Elia fugienti Iezabelē optanti
 mortem, ministrat angelus cibum, 3. reg. 19 a
 Esurienti populo panes primitiarum multiplicat
 Eliseus 4. reg. 4 g
 Esurit Christus, matth. 4 a. esurit populi salutē,
 matth. 21 b
 Esurientes satiat deus, luc. 1 e
 Esuriem pati & abundare didicerat Paulus,
 philip. 4 c.
 Esuries & sitis, & alia Pauli afflictiones,
 1. corinth. 4 c.
 Esurientibus & sitientibus iustitiam, promittit sa-
 turationem Christus, qui iudicium facit iniuriam
 patientibus, matth. 5 a

Ethai

Ethai profelytus sequitur Daudem fugientem,
 2. reg. 15 d
 Ut Ethnicus & prophanus habeatur, qui ab ec-
 clesia & ijs inter quos versatur, admonitus, non
 resipuerit, matth. 13 c.

Euangelium.

EVANGELIUM, Christus mortuus pro
 peccatis nostris, sepultus est, & resurrexit,
 1. corint. 15 a
 Euangelij diffinitio rom. 1 b
 Euangelium vita eterna est per Christum, quam
 promisit deus ab aeterno, ephes. 1 a. 2. timo. 1 c.
 tit. 1 a.
 Euangelium ab aeterno caelatū, per Paulum pa-
 tris

TESTAMENTI.

116

- effectum est gentibus, colof. 1 d.
 Euangelium Christus dei sapientiã vocat, matt.
 13 c. idem facit & Paulus, 1. corin. 2 b. simul myste-
 rium vocat absconditum à seculis, colof. 1 d. mini-
 strationem item spiritus & iustitiæ, 2. corin. 3 b
 Euangelium Paulus vocat reuelationem myste-
 rij de salute futura per Christum, quod multis re-
 tro seculis cælatum fuit rom. 16 d
 Per Euangelium saluamur, 1. corin. 15 a
 Euangelium doctrina noua, iere. 31 f
 Euangelium in Galilæa à Christo primum præ-
 dicatum isa. 9 a. matt. 4 e
 Euangelium gentibus reuelatum, isa. 29. f
 Euangelium recipiunt peccatores, isa. 29 g
 Euangelij prædicatio, isa. 27. d
 Euangelij lenitas heb. 12 e
 Euangelium pastoribus nuntiat angelus, luc. 1 b
 Euangelij prædicatione reuelatur promissio vitæ
 æternæ facta, ephe. 1 a. tit. 1 a.
 Euangelio vt CREDAT quisq; post conuersio-
 nem prædicat Christus, marc. 1 b
 Vt Euāgeliū prædicaret, venit Christus, mar. 1 b
 Euangelium gratiæ annuntiatur pauperibus spi-
 ritu, matt. 11 a
 Euangelium quod in aurem & in tenebris audie-
 rant apostoli, palam & publice annuntiari vult
 Christus matt. 10 c
 Ad Euangelij prædicationē mittit Christus apo-
 stolos, præcipiens illis vt docerent omnia quæ il-
 lis præceperat, & illud suscipientes baptizarent,
 matt. 28 d. marc. 16 d
 Euangelium prædicandum in vniuerso orbe ante
 Iudæorum destructionem, prædixerat Christus,
 matt. 24 b. marc. 13 a
 Euangelium omni creaturæ prædicari iubet Chri-
 stus,

INDEX VTRIVSQUE

ftus, marc. 16 d. quod & factum est, colof. 1 c
 Euangelium prædicauit Paulus ab Ierufalem vſq̃
 que ad Illyricum rom. 15 d
 Per Euangelium gloria, maieſtaſque Chriſti qui
 eſt imago dei patris, declaratur, 2. corin. 4 a
 Euangelium dei quomodocunq̃ue promouetes,
 etſi indigni videantur, non prohibendi tamen, vt
 Ioannem docuit Chriſtus, luc. 9 f
 Ab Euangelio prædicando nullius curã aut amo
 rem nos debere auocare docet Chriſtus nuntia
 tes matrem & parentes aſſe math. 12 d.
 Euangelij miniſter eſſe non poteſt, qui parentes
 amat plus, quã Chriſtum, math. 13 g
 Euangelij prædicatoribus victus debetur: dignus
 eſt enim operarius cibo ſuo, mat. 10 b. 1. cor. 9 a b.
 Euãgelium quã varie recipiatur, atq̃ in paucis
 ſuos fructus faciat, declarat Chriſtus parabola
 de ſeminante, math. 13 a
 Euangelio non omnes obedierunt ad prædicatio
 nem apoſtolorum rom. 10 c. iſa. 53 a
 Euangelio credunt quibus datum. Vide credunt
 qui denuo.
 Quod Euangelium aliquibus non pateat, ipſorũ
 infidelitate fit 2. corint. 4 a.
 Ab Euangelio recedere hæc faciunt, fallacia diu
 tiarum, concupiſcentiã erga quãcunq̃ue mundi,
 & perſecutiones marc. 4 b
 Euangelij regnũ rapiunt, qui violẽti ſummo de
 ſiderio quærũt, omnia pro eo periclitari & amit
 tere amantes, matt. 11 b. luc. 16 d
 Euangelium non recipiũt, (quod verum bonum
 vocat Chriſtus) qui in iniquo mammona fideles
 non fuerunt, adhãrentes diuitijs, luc. 16 c.
 Euangelium Iudæis ſibi ſapiẽtibus incognitum,
 apoſtolis autem paruulis cognitum, math. 11 d
 Euang

TESTAMENTI. 117

Euangelium passim enasciturum, licet sensim, docet Christus parabola seminis tacite fructificantis, mar. 4. c

Euangelio Christi nihil nobis non posthabendum quo illud comparemus nobis, parabolis thesauri absconditi & margaritæ inuentæ docemur, matth. 13. f

Euangelio non credunt Pharisei, neque ecclesiam ingrediuntur, id prohibentes & populum, matth. 23; b. luc. 11. g

Euangelij prædicatione malos perturbandos, atque contra seipsum concitandos prædicitur, matth. 10. d

Euangelium suis ministris dissidia parit, gladium & mortem etiam à patribus, mat. 10. d. vt legis act. 14. a

Qui propter Euangelium, patrem aut matrem &c. reliquerint, quid recepturi, matth. 19. d

Euangelium recipiunt, & pietatis opera in eo faciunt, qui vocantur, non autem alij, matth. 20. a

Ad Euangelij digna opera, hortatur Paulus, philip. 1. d

In Euangelij dei contemptores, horrendum dei iudicium, 2. thes. 2. c

Euangelium in dies magis ac magis propagatur pijs operibus, colos. 1. a

Euangelij gratiam varijs linguis prædicandam esse prædicit Isaias isa. 28. c

Per Euangelij prædicationem ecclesia in toto orbe congregatur isa. 60. a

Euangelij verbo exhilarantur conscientia, prot. 12. d

Euangelica inuitatio, vt qui gloriatur in domino gloriatur, in oibus de se diffusus, psal. 94. vers. 1

Euangelium proponit Samuel populo coacto tribus & pluuijs à deo fateri peccatum quod commiserant petendo regem 1. reg. 12. d

Euangelij verbo prædicato, & corde credito præ-

INDEX VTRIVSQVE

ceptum dei impletur deut. 30. e

Euāgelium plures scripserūt, quā quatuor, nō
recepti tamen ab ecclesia luc. 1. a

Euangelistę opus faciat episcopus, 2. timot. 4. b

EUCHARISTIA

EUCHARISTIAE sacramentū quomo-
do à deo institutum 1. corint. 11. e

Ob Eucharistię sumptionem indignam infirmi
multi sunt inter Christianos, & moriuntur,
1. corint. 11. g

Eunice

Eunice fidelis mater Timothei, 2. timoth. 1. b

Eunuchi

Eunuchi, quibus erant attriti vel amputati testi-
culi, non admittebantur ecclēsiā siue congrega-
tionem Israelitarum deut. 23. a

Eunuchi, regum serui 1. reg. 8. c

Eunucho in itinere legenti Isaiam, annūtiat Phi-
lippus euangelium, act. 8. e

Eunuchi fides, Christū esse Iesū dei filiū, act. 8. g

Eunuchi qui seipso castrant absq; vxoribus vi-
uentes vt expeditius euangelizent, veri sunt eu-
nuchi, matth. 19. b

Euomere

Euomuit terra Chanagos habitatores suos,
leuit. 18. d

Eupator

Eupatoris aduentus in Iudęam 2. mach. 3. a

Euphrates

Euphrates fluuius gen. 2. c

Eutyclus

Eutychem iuuenem suscitāt Paulus, act. 20. b

Exaltare

Qui se exaltant ceteros contemnentes, humiliā-
buntur, luc. 18. b, Vide & luc. 14. c

Exaltabū

TESTAMENTI. 118

- Exaltabuntur sicut & Christus qui se humiliant
philip. 2. b
- Exaltauit deus Iosue coram populo, faciēs coram
ipso mirabilia, quibus scirent ipsum esse cum Iosue,
ios. 3. b 4. c
- Exaltauit regnū Dauid des sup Ierusalē, 2. re. 5. c
- Exaltatio mea deus, Nomen est altaris à Moysē
ædificati, exod. 17. d
- Exasperare
- Non Exasperandus deus 1. reg. 12. c
- Exaudire
- Non Exaudiebantur inimici Dauid clamātes ad
deum, 2. reg. 22. d
- Exaudire dicitur deus per ignem quando misso
de celo igne cōsumit holocaustū quod ei offertur
tunc enim signum est, illi esse acceptum holocau-
stum, 3. reg. 18. d
- Exaudit deus clamorem eorum pauperū quibus
vis infertur à proximo, exod. 22. d
- Exaudit des inuocatus in tribulatione, 2. reg. 22. a
- Exaudit deus eos qui eum colunt, & volūtatē
eius faciunt, ioan. 9. f
- Exaudit deus vocem pueri Ismahelis quē Agar
abiecerat subter vnā arborū: exaudit gemitū af-
flictorum, gen. 21. b
- Exaudit deus Liam petentem prolem sibi dari,
exaudit & Rachelem, gen. 30. b
- Exaudiuit deus ipsum Iacob in die tribulationis
gene. 35. a
- Exauditur Moyses, exod. 32. c g. 33. d
- Exauditur Moyses pro infidelitate populi depre-
cans, num. 14. d
- Exauditur Moyses orans pro Israelitis qui vitu-
lum adorauerant, deut. 9. c
- Exauditur Samuel, orans pro Israelitis contra
Phili

INDEX VTRIVSQUE

Philisthæos 1. reg. 7. c
 Exauditur Manue orans dñm quid ageret de fili
 o Samfone nascituro iudicum. 13. b

Excæcatio

Excæcatio dei, qua filios Heli excæcauit, ne patrē
 monentem audirent, 1. reg. 2. e

Excæcationis nostrę causa sunt peccata, isa. 59. b

Excelsa

In Excelsis habitat populus ante ædificationē tē
 pli, 3. reg. 3. a

Excelsa ædificat Ieroboam, vt in eis idola colant
 Israelicę, 3. reg. 12. g

Excelsa non aufert Amasias, 4. reg. 14. a. nec Iosa
 phat, 3. reg. 22. f

Excelsa dissipantē ab Ezechia, 4. reg. 18 a. Itē a Ioa
 sia, 4. reg. 23. b. Et ab Asa, 2. para. 14. a

In Excelsis etiā Salomon sacrificabat ante ædifi
 catum templum 3. reg. 3. a

Excidium

Excidium minatur Moyses Iudęis tale, vt filios
 suos comedant, si non obediuerint præceptis dei
 deut. 28 e f

Excommunicare

Excommunicabantur (quod est extra synagogā
 fieri) apud Iudęos, qui Christum confitebantur,
 ioan. 9. c

Excommunicandi modus Pauli, 1. corint. 5. b

Excōmunicat Paul⁹ Hymenęū, & quare, 1. ti. 1. d

Exemplar

Ad Exemplar quod ei monstratū erat in monte,
 iubet Moysē facere tabernaculū, & omnia ad ta
 bernaculum pertinentia, exod. 25 a b

Suo Exēplo prouocat nos deus ad sanctitatē quā
 sanctus sit, leuit. 11 g. 19 a. 20 b d. 21 b

Exēplar nostrū sit Christus, vt quēadmodū ille
fecit,

TESTAMENTI.

119

fecit, & nos faciamus, nos demittētes, & ferētes quod velit, ioan. 13 b. philip. 2 a. 1. petr. 2 d
 Exemplar bonorum operū sit episcopus, tit. 2. b
 Exemplar vitę & doctrinę sit nobis Paulus, philip. 3 d. eumq; vt imitemur, hortatur, 2. tim. 3. c
 Exemplar erat vetus testamentum, eorum quę complenda erant in nouo, heb. 8 a. 9 f

Exequię

Exequię Iacob, gen. 50. b

Exhortari

Exhortari posse, dei donum est, rom. 12. b

Vt Exhortet corda nra deus, orat Paulus, 2. ti. 2. d

Exhortatio vt Christum ad eam cum vero corde & fide, vtq; opera bona faciamus, heb. 4. d
 10 d. 12 d

Exhortemur inuicem per singulos dies ad fidem in Christum, ne quis obduretur fallacia peccati, heb. 3. c

Existimare

Existimans se esse aliquid, ob dei dona quę habet quod fortasse rectius alijs sentiat & intelligat, aut id genus, seipsum seducit, galat. 6. a

Exorcistę

Exorcistę vulnerantur a diabolo, quod sine fide tentassent eū eijcere in nomine Iesu, act. 19. c

Expedit

Non Expediunt semper omnia quę licita sunt ad necessitatem naturę 1. corint. 6. c

Experiri

Experiri, vide Tentare,
 Vt Experiretur an ipsum amarent Iudæi, & viā ipsius custodirent, non deleuit omnes Chanangos deus, iudicum. 2 d. 3 a

Experientia rerum magistra, eccli. 34. b

Expiatio

Expiatio

INDEX VTRIVSQVE

- Expiatio iuramenti leuit. 5. a
 Expiatio peccati per ignorantiam, leuit. 5. a
 Expiatio tangenti immundum, leuit. 5. a
 Expiationis dies, leuit. 23. c
 Expiatio transgressionis, num. 5. a
 Expiatio peccatorū antiqua qualis leuit. 10. f g
 Expiatio sanctuarij, tabernaculi, altaris, leu. 16. d
 Explorare
 Explorator
 Exploratur vrbs Hai, ios. 7. a
 Exploratores detrahentes terrę promissionis, oc
 ciduntur à deo, num. 14. f
 Exploratores missi ad terram Chanaan, reuersi
 ipsam laudant, & eidem detrahunt, num. 13. a c d
deut. 1. d
 Exploratores terrę promissionis moriuntur, præ
 ter Caleb & Iosue, num. 14. g
 Exploratores mittit Iosue in Iericho ios. 2. a d
 Exprobrare
 Exprobrat deus Israeli confitēti peccata, quòd à
 se sepiissime adiuti, ipsum reliquerint, & conuersi
 sint ad idola iudicum. 10. c
 Exprobrat Christo incredulis Iudeis suam præ
 dicationem, & miracula ioan. 15. d
 Exprobrat Phenenna ipsi Annę, quòd facta esset
 à deo sterilis, 1. reg. 1. a
 Externus
 Externa opera non saluant isa. 1. b
 Exultare
 Exultat Anna in domino qui filium dedisset sibi
1. reg. 2. a
 Ezechias
 Ezechias pius regnat post impium patrem suū
 Achaz, 4. reg. 18. a. 2. para. 28. d
 Ezechias serpentem æneum, quem populus ado
rabat,

TESTAMENTI.

127

- rabat, confregit, 4. reg. 18. a
 Ezechias se submittit regi Assyriorū, 4. reg. 18. c
 Ezechias mittit nuntios ad Isaiam ob Sennache
 rib, 4. reg. 19 a. isa. 37. a
 Ezechiae oratio contra Sennacherib, 4. reg. 19 b
 Isa. 37 c. 2. paral. 32. e
 Ezechiae promittitur victoria contra Sennache
 rib, 4. reg. 19 d e
 Ezechias recipit munera a rege Berodach, 4. reg.
 gum. 20 c. isa. 39. a
 Ezechias increpat ab Isaiā, ob ostentatos thesau
 ros legatis regis Babyloniorum, 4. reg. 20. c
 isa. 39. b
 Ezechias aegrotās accipit signū sanitatis in horo
 scopo, 4. reg. 20 a. 2. para. 31 f. isa. 38. a
 Ezechiae canticum, isa. 38. c
 Ezechias instaurat cuncta a maioribus in templo
 neglecta, 2. para. 29. a
 Ezechiae sermo ad Leuitas, 2. para. 29. b
 Ezechiae iussu celebratur phasa, 2. par. 30. a
 Ezechias orat p̄ pp̄lo nō sanctificato, 2. par. 30. c
 Ezechias sacerdotes constituit & Leuitas, quib⁹
 dari iubet decimas, vt verbo dei liberius vacent,
 2. para. 31. a
 Ezechiae concio adhortantis populum ad fiduciā
 am in deum, 2. para. 31. b
 Ezechias moritur, cui succedit Manasses, 4. reg.
 20 d. 2. para. 31. g
 Ezechiae laudes, 4. reg. 18 a. ecc̄li. 48. c
 Ezechiel
 Ezechiel quo tēpore prophetauerit & quo loco
 ezechie. 1. a
 Ezechielis genus & officium ezechie. 1. a
 Ezechiel mittitur ad reuocandum populum ab
 errore, ezechie. 2. a
 Ezechiel

INDEX VTRIVSQUE

Ezechiel passus verbo dei, & cōstātia spūs accep-
 ta, ad Israel in trāsmigratiōe mittit̄, eze. 3. a
 Ezechieli apparet dei similitudo, ezechie. 8. a
 Ezechiel in spū adduct⁹ in Ierusalē, ezechie. 8. b
 Ezechiel futuram captiuorum reduciōnem au-
 dit à domino ezechie. 11. c
 Ezechiel in spiritu reuertitur à Iudāa in Chal-
 daam, ezechie. 11. d
 De Ezechielis vxore mortua ezechie. 24. d
 Ezechiel videt gloriam dei tēplum ingredientē,
 à quo ante recesserat, ezechie. 43. a
 Ezechiel videt aquas è tēplo manātes, eze. 47. a
 Ezechielis laudes, eccl̄i. 49. b

F

Faber

Faber ferrarius & ararius primus Tulbae
 cain gen. 4. d
 Faber ferrarius deficit in Israel, 1. reg. 13. d
 Faber erat pater Christi putatius, faber & ipse
 Christus, math. 13. g. mar. 6 a. luc. 4 e

Fabulę

Fabulę vitādę p̄dicatorib⁹ euangelij, 1. ti. 4. b
 Non sunt Fabulas doctas sequuti apostoli, cum
 Christum annuntiarent, sed docuerunt quod vi-
 derunt, 2. pet. 1. c
 Ne Fabulis quorūdā p̄dicatorū aures p̄beam⁹
 neq; genealogijs interminatis, 1. timoth. 1. a
 Fabulas qui sibi loquerentur & placentiā, Paul⁹
 p̄dicat hoies aliquando quæsituros magistros,
 2. timoth. 4. b
 Ne Fabulis Iudaicis, & mandatis hoim auersan-
 tiū à veritate attēdamus, hortatur Paulus, tit. 1. d
 In Fabulā fuerūt Iudæi, quod noluerint p̄ce-
 ptis dei obedire deut. 18. d
 In Fabulā Israelem futurum p̄dicat deus Salo-
 moni

TESTAMENTI.

nr

monisi dijs alienis adheſerint, 3.reg.9.b

Facere

Factor

Faciat hec tibi deus, & hoc addat, Modus adiu-
randi Hebreorū, id est, puniat te deus quemad-
modum illum & illum puniuit &c. 1.reg.3.d

Quid Facere debeam⁹, verba dei impleta dāt in-
telligentiam, deut.29.b

Facendum alijs quod velimus nobis fieri,
mat.7 b. luc.6 e

Factor noster deus, deut.32.c

Factores verbi, hi apud deum iusti sunt, non au-
ditores tantum, matt.7 d. rom.2 b. iacob.1 d

Facies

Facies dei precedebat Israelitas, exod.33.c

Faciem suam abscondit Moyses, nō audēs aspi-
cere contra deum, exod.3.b

Faciem dei nō potest videre Moyses, ne moriat⁹
exod.33 d. 2. corint.3. c

Facie ad faciem, tanquam amicus amico loque-
batur deus Moysi exod.33 b. deut.5. a

Facie ad faciē nouerat Moyses deum, deut.34. d

Facie ad faciem cognoscemus deum, vbi conti-
gerit perfectio eius quod ex parte est in hac vita
1. corint.13. d

Facie ad faciem vidēs Gedeon angelum, timet,
confortaturq; ab angelo iudic.6. e

Faciem suam se absconsurū ab ijs qui ipsum dere-
liquissent, alijs q̄ sibi, fidentes, comminatur deus,
deut.32 e

Vt Faciē suā ostēdat nobis de⁹, orādū. num.6. d

Faciē suā ponet deus contra fornicantē cū idolis
& ariolis & magis, & occidet eū, leuit.20 a b

Iuxta Faciem non iudicat dominus 1.reg.16. b

Fallere

Q

Fallit

INDEX VTRIVSQVE

- Fallit patrem suum Saulem Michol, prouidentia
 dei seruans Dauidem, per fenestram eum demit
 tendo, 1. reg. 19. c.
 Fallit Dauid Saulem 1. reg. 20. a b
 Fallit Dauid Achis regē Philisthinorū, occidens
 Philisthæos quoscunq; poterat, reputante rege
 quod Iudeos occideret, 1. reg. 27. d
 Falsus
 Falsi pphetę ab operib9 cognoscuntur, mat. 7. c
 A Falsis prophetis cauendum, matt. 7. c
 Falsum testimonium non dicendum, exod. 20. c
 Falsum testimonium pro impio ne dixerimus,
 exod. 23. a Fama
 Fama bona prouer. 14. d
 Fama bona vnguentis pręferenda eccles. 7. a
 prouerb. 22. a
 Famę bonę habenda ratio ecclesi. 41. c
 Per Famam bonam & infamiam vixit Paulus in
 officio euangelico 1. corint. 6. b
 Fama mala Ophni & Phinees, quod stuprarent
 mulieres, & vi auferrent sacrificia, 1. reg. 2. c. e
 Fames
 Famelicus
 Fames non custodientibus pręcepta dei, leuit:
 26 d. deut. 28 b e. 32. d
 Fames propter peccata 3. reg. 8. d
 Fame afflixit Israelitas deus, quos & māna aluit
 postea, ipsis nihil tale sperantibus in desertis: &
 quare, deut. 8. a
 Famem fugiens Abrahā descendit in Aegyptū,
 gen. 12. c
 Fames in Aegypto gen. 41. g
 Famis tempore, Ioseph dat frumentum pro pe-
 cunijs, pecoribus, iumentis, & terris, gen. 47. d
 Fames trium annorum, ob violatam a Saule cū
 Gabao

TESTAMENTI.

122

- Gabaonitis fidem, 2.reg.27.a
 Fames, 2.reg.24.b
 Fames vehemens in Samaria 3.reg.18.a
 Fames in Samaria, qua vrgēte, caput asini.80.ar
 genteis emitur, & quarta pars cabi stercoreis col
 lumbarum.5.ar genteis: à qua liberantur sine ho
 minum manu, 4.reg.6f.7b
 Fame vrgente in Samaria, mulier quædam filiū
 coquit & comedit 4.reg.6.f
 Fames futura in captiuitate prædicitur, ezechie.
 4 b.12 e
 Fames Israeli prædicitur, & captiuitas osee.9.a
 Famis & sitis futurę p̄figuratio ezech.4 b.12 e
 Pro Fame dat deus diuitias ingentes ipsi Isaac,
 gene.26.c
 In Fame verbo dei promittenti credula mulier
 Sarephana, quicquid habet dat Eliæ esurienti,
 & non deficit semper quod det, 3.reg.17.c
 Famem prædicenti Eliseo credula Sunamitis fu
 git in Aegyptum 4.reg.8.a
 Famē fugiēs Elimelech Bethlehemita, cū vxor
 re Noemi peregrinatur in regione Moabitude,
 vbi & moritur ipse ruth.1.a
 Famelic⁹ Dauid cum populo in deserto pascitur
 prouidentia dei 2.reg.17.g
 Famem prædicit Elias ipsi Achab 3.reg.17.a
 Famis tempore amarum pulmentum dulce red
 dit Eliseus coram filijs prophetarū, iniecta in po
 tum farina 4.reg.4.g
 Fames in Ierusalē sub Sedecia rege 4.reg.25.a
 Famem futuram vniuerso orbi prædicit Agabus
 propheta act.11.d
 Fames verbī dei prædicitur amos.5.d.8 d
 Familia
 Familia curanda prouer.27.d
 Familig

INDEX VTRIVSQUE

Familix sue precipiebat Abraham vt custodiret
viam dei, iudicium & iustitiam gen. 18. c

Farina

Farinam cōspersam aufert secum populus coar-
ctus ab Ægyptijs exire exod. 12. f

Farina iniecta in potum, Eliseus amarum pulmē-
tum dulcescere facit 4. reg. 4. g

Febris

Febri percutiuntur, præcepta dei non custodien-
tes, deut. 28. c

A Febre sanat Christus socrum Petri, matth. 8. b
& filium reguli, ioan. 4. g

Fel

Fel draconum virum Iudeorum, deut. 32. c

Fel germinās radix in corde infidelis deut. 29. c

Fœminale

Fœminalibus utebantur Aaron & filij eius, &
quare, exod. 28. g

Feræ

Ferarum omni genere, & bestiarū noxiarum re-
plentur domus Ægyptiorum exod. 8. d

Feria

Feria à Iudeis celebrandę: & quid in eis offeren-
dum, leuit. 23. a

Fermentum

Fermentum non erat in oblationibus, leuit. 2. d

Fermentum qui comedisset in celebratione pha-
se, moriebatur exod. 12. c. 13. a b

Fermenti parabola, regnum dei, ecclesiamq; ei-
totum orbem occupaturam prædixit Christus,
matth. 13. d

Fermentum pro pestilenti doctrina, & exemplo
pestifero, matth. 16. a. marc. 8. b. lucæ. 12. a.
galat. 5. b

A Fermento Pharisæorum cauendū, matth. 16. a
Fermen

TESTAMENTI. 123

Fermentum veteris malitiæ expurgandum, vt
simus per nouitatem vitæ sincera conspersio,
1. corint. 5. c

Ferrum

Ferrum, aurum, æs, argentum in excidione Ieri-
cho, domino consecrabantur, & in thesauris dñi
reponebantur iof. 6. c d

Ferrum natare facit Elifeus ad gloriã dei, et pro-
ximi vtilitatem 4. reg. 6. a b

Ferreum iugũ minatur Moyses ceruici Iudgorũ
non obediẽtium præcepto dei deut. 28. c

Ferrea terra nõ custodiẽtib9 p̄cepta, deut. 28. c

Festa

Festa anni tria, leuit. 23. a. exod. 23. b. deuterono
mij. 16. a

Festum azymorum exod. 34. c

Festum expiationum leuit. 16. f

Festum tubarum leuit. 23. d

Festis singulis quid offerendum erat a Iudgis,
nume. 28. a

Festiuitates Iudgorum odit dominus amos. 5. f

Festum magnum in Israel in dedicatione templi
3. reg. 8. g

Festo die non capiẽt Christus, & quare, mat. 26. a

In Festo pasche ascendit Christus Ierosolymam
eiciens de tẽplo vendẽtes & ementes, ioan. 2. a

Festuca

Festucam in oculo fratris videntes, qui trabẽ in
suo non vident, reprehenduntur, matth. 7. a

Fibula

Fibulæ tabernaculi exod. 26. c

Ficus

Fici parabola, quid significauerit Christus,
matth. 24. c

Ficu arida facta, hortatur discipulos Christus ad
Q 3 creden

INDEX VTRIVSQUE

credendū deo, pollicens sic omnia illis fore possibilia, vbi esset opus ad confirmationem verbi, matth. 21. b. marc. 11. b

Ficus infructifera parabola minatur Iudeis Christus, si fossi & stercoreati a se, & caelesti doctrina exculti, non ferrent fructus fidei, luc. 13. b

Ficus noluit dñari cæteris arboribus, iudic. 9. b
Ficte

Quòd Ficte aliquando cum dño suo cogereetur adorare in templo idolorum ipse Naaman, petit sibi remitti a deo 4. reg. 5. e

Fides

Fidelis

Fidelitas

Fidere

Fiducia

FIDES QUID

heb. 11. a

Fides & spes in deum habenda, eccl. 1. b

Fides, dei promissionibus adhibenda, 2. par. 20. e

Fides si non adhibeatur verbo dei, nihil prodest illud audire, heb. 4. a

Sine Fide impossibile est placere deo, heb. 11. a

Secundū Fidem nostrā facit nobis deus, mat. 9. d

Fides ex auditu verbi dei procedit, rom. 10. c

quæ opus dei est in nobis, ephes. 1. d. 1. thessa. 2. c.

cuius author & consummator Christus, & eius

spiritus, 1. corinth. 12. b. 1. timoth. 1. c. Dei igitur do-

num, philip. 1. d. 2. petr. 1. a. Vide Credunt qui denuo.

Fides non tribuenda humanæ eloquētix, sed veritati dei ad credendum impellenti, 1. cor. 2. a

Fidei efficacia, habac. 2. a

Fides Abraham in promissiones dei, gen. 24. a

Fide Abraham credēs deo promittenti filium, iu-

stus reputatur, gen. 15. b

Fides

TESTAMENTI.

114

- Fides Abrahę ingēs, alacri animo parati immo-
lare filium suum Isaac, quem tamen solum habe-
bat in quo promissio impleteretur, gen. 22. a
- Fide verbo dei promittenti adhęrens Elias pasci-
tur, 3. reg. 17. a
- Fides Elisei nihil timentis aduersarios millos ad
comprehendendum eum, quod deus secum esset
4. reg. 6. d
- Fides Gedeonis in promissionem dei, accepto si-
gno in vellere corroboratur, iudic. 6. g
- Fide in deum, Ionathas, armigero solo comite,
proffigat Philisthęos, 1. reg. 14. a b
- Fides Dauid experta dei adiutorium contra leo-
nem & vrsū, non diffidit ad futurum cōtra Go-
liath, 1. reg. 17. d
- Fides Dauid, & Saulis diffidentia 1. reg. 17. d
- Fides Danielis & sociorum eius, danic. 3. c. 6 f
- Fides septem Machabęorum, & matris eorum
2. machab. 7. per totum
- Fides Christi & spes in tentatione, psal. 3
- Fidem Iudęorum confirmat deus beneficiorum
& afflictionum commemoratione, ne deficient
ab eo etiam in tentatione, deut. 8. a
- Fidem nostram tentat deus miraculis, deut. 13. a
- Fides Abrahę tentatur gen. 22. a
- Fides Elię petentis pluuiam tentatur dum sep-
ties orat nihil diffusus, 3. reg. 18. g
- Fides necessaria accedenti ad Christū heb. 11. b
- Fide & misericordia pctā purgantur, prou. 15. d
- Ex Fide pcedit obseruatio mandatorū, eccli. 32. d
- Fidem & dilectionem orantes in spiritu sancto
petamus, iudæ. f
- Fides de qua toties loquitur Paulus, ea est quę
per charitatem operatur, occultosq; addit impe-
tus ad opera, galat. 5. a

INDEX VTRIVSQUE

- Fides petra, fundamentū ecclesiæ, aduersus quā
 nō preualebūt potestates inferorū, matt. 16. c
 Fide purificantur corda, act. 15. b
 Fide mūdati apostoli, credētes sermonibus Chri
 sti, ioan. 15. a
 Fide renati sunt oēs, & noua creatura effecti, iu
 stificatiq; rom. 3. d. 4. c. d. 5. a. 2. corint. 5. d. gala. 2. c
 3. a. b. philip. 3. c. 2. petr. 1. a
 Fidei nostrę finis, est salus animarum nostrarum
 1. petr. 1. b
 Fide pacem & tranquillitatem habemus, sciens
 tes deum nobis reconciliatum rom. 5. a
 Fide Paulus expectat promissam per Christum
 iustitiam, galat. 5. a
 Fide resurgimus a peccatis coloss. 2. b
 Fide saluamur gratia Christi, ephes. 2. a. b. 2. tim
 moth. 3. d
 Fide cognoscimus deum 1. ioan. 2. a
 Fide habemus fiduciam & accessum ad deū pa
 trem, ephes. 3. b
 Fide filij dei sumus galat. 3. d
 Fide resistimus diabolo, eumq; vincim9 & mū
 dum, 1. ioan. 2. b. 1. petr. 5. c
 Fide a deo benedicimur galat. 3. b
 In Fide, virtute dei custodimur 1. petr. 1. a
 Fide deum conspiciamus vtcunq; in hoc corpo
 re, peregrinantes & semoti a deo, 2. corint. 5. b
 Fides, constantes & perseuerantes facit, rom. 5. a
 Fidei scutum in omnibus habeamus, quo tela di
 aboli extinguamus ephes. 6. c
 Fide in auditum dei euangelium, accipitur spiri
 tus sanctus, & non operibus galat. 3. a
 Fides si nō habeat opera, nihil prodest, otiosa est
 & mortua iacob. 2. c
 Fides cooperabatur operib9 Abrahę, iacob. 2. d
 Fidem

TESTAMENTI. 25

Fidem nos habere in Christum, euidens sit per opera bona. philem. a. i. ioan. 2 a

Fides nostra non sit otiosa, sed per opera bona charitate in proximum se exerat 2. pet. 1 b

Fidem opera sequuntur, vt de Zacchæo reddens te quadruplum luc. 19 b

Fides & charitas sint nobis pro THORACE in pectore contra diabolum 1. thess. 5 b

Fidem & spem antecellit charitas, 1. corint. 3 a d

Fides & charitas, philem. a: summa Christianismi, 1. thessa. 3 b

Fides nō ficta est, qui charitatē habet, 1. timo. 1 a

Fides, spes, & charitas permanent, etiam si contingat cætera dona aboleri, 1. corint. 13 d.

In Fide Christi venturi, mortui PATRES veteris testamenti, expectantes promissam hereditatem, heb. 11 c

Fide quid fecerint patres, & passi sint, heb. 11 f g

Fides Abrahæ heb. 11 b d.

Fidei Abrahæ firmitas cōmendatur ex eius sterilitate, & vxoris Saræ rom. 4 c

Fides Henoch, Abelis, Noe, Sarg, Iacob, Ioseph, Moyli & Moyli parentum, heb. 11. Et ibidem multa de fide.

Fides Ioannis baptistæ, ioan. 1 e. Andreæ, ioan. 1 g. Nathanaelis, ioan. 1 g. Samaritanorū, ioan. 4 f. Marthæ, ioan. 11 d. Petri & cæterorū, matth. 16 c. ioan. 6 g

Fides Thessalonicensium, 1. thessa. 1 c.

FIDEM IMITEMVR apostolorum, cōsiderantes eorum conuersionem heb. 13 b.

Ne Fides Petri deficiat, orat Christus, & quare, luc. 22 c

Fide alter latro pendēs cū Christo, saluat, lu. 23 b

Fides Centurionis & eorum qui cum ipso Christum

INDEX VTRIVSQVE

- stum custodiebant mat. 27 f
 Fide in Christum sanant Petrus & Ioannes clau-
 dum ex utero matris act. 3 a.
 Fide remissionem peccatorū suscipit mulier pec-
 catrix, luc. 7 g
 Fide fortē inter sanctos habemus, accepta pecca-
 torum nostrorum remissione, act. 16 e
 Fidem in Iesum Christum docet Paulus Foelicē
 & Drusillam uxorem act. 14 f
 Quod Fidem Paulus conuersus euangelizaret,
 deum laudant fratres gala. 1 d.
FIDES quā in omnibus suis miraculis Chris-
 tus exigebat, hęc erat, Credere eū prestare posse
 quod petebatur, vt vides de leproso, mat. 8 a. &
 duobus cæcis, mat. 9 d
 Fide filia principis synagogæ Iudæi sanatur,
 matth. 9 c
 Fidem suam vt adiuuet Christus, cū lachrymis
 clamat pater demoniaci, marc. 9 d
 Fidem apostolorum & sanctorum suorum tētat
 Christus, missa in mare tempestate, mat. 8 c
 Fide inuicta inibat Chanaanæ petere à Christo
 vt filiam suam sanet, mat. 15 c. marc. 7 c
 Fides in vno centurione gentili maior, quā in
 Israelitis, mat. 8 a. luc. 7 b
 Fide sanata est mulier sanguinis fluxum patiens,
 mat. 9 c. marc. 5 b. luc. 8 f
 Fide sanatur filius reguli, parua tamē, ioan. 4 g.
 Fide decem leprosi sanantur, luc. 17 c
 Fides centurionis gentilis mat. 8 a. luc. 7 a
 Fide simbrijs vestimentorum Christi tactis, san-
 nantur infirmi, mat. 14 d. mat. 6 g
 Fide in Christi virtutē leprosus sanatur, matth.
 8 a. marc. 1 d. luc. 5 c
 Fide Petrus ambulat super aquas, matth. 14 d.
marc.

marc. 6 f

Fidei pusillanimitate mergitur in mari Petrus,

mat. 14 d

Fide instanter orant duo cæci Christum, vt eos sanet,

mat. 20 d. mar. 10 g. luc. 18 f

Fidem habens quidã infirmus pedibus, sanatur

à Paulo

act. 14 a

Fide Centurionis gentilis seruus sanatur, matth.

8 a. luc. 7 a

Fides si viua, solida & efficax sit, vt granum sina pis, nihil erit impossibile habenti, & difficilia

quæque vincet ad gloriã Christi, matth. 17 c

Fidem requirit Christus ante, quã dæmoniacũ sanet,

marc. 9 d.

Fidẽ quod non habeãt apostoli exprobrat Christi,

mar. 4 d

Fidat tantum iubet Christus Iairo, vt sanetur filia

lia

luc. 8 g.

Ad Fidem Christus suos hortatur, sicut arida facta,

facta,

matth. 21 b.

Fidem sibi adaugeri ORANT apostoli, luc. 17 b

Fides si sit in oratione nostra, accipiemus quod

petemus,

mat. 21 b. mar. 11 c

Fide paralyticus sanatur à Christo, eique peccata remittuntur

ra remittuntur

mat. 9 a. mar. 2 a. luc. 5 d.

Quod sine Fide rētaissent exorcistæ dæmonia ei

cerere in nomine Iesu, vulnerantur ab ipsis dæmonibus,

act. 19 c

Fidei ostium apertum gentibus

act. 14 d

Fidem, misericordiam, & iudiciũ præcipua legis

opera deferentes Pharisei, solliciti erant decimare

mentam & c.

mat. 23 c. luc. 11 f

Fide plena ACCEDAMVS in vero corde ad

Christum, expectantes hæreditatẽ promissam,

heb. 10 d g

Fidem

INDEX VTRIVSQUE

- Fidem habere in promissam dei victoriam, bellantī populo suadet Moyses, deut. 20 a.
- Fides gentium isa. 27 d.
- Ad Fidei stabilitatem HORTATVR nos Paulus, 1. corint. 15 g. eosque quibus verbum prædicarat, act. 14 a.
- Fidem in promissionem dei, bellantī populo suadet Moyses, deut. 20 a.
- Ad Fidē i deū prouocat populū Samuel, 1. re. 12 d.
- Ad Fidem in deum adhortatur Iosaphat populū 2. para. 20 d.
- Ad Fidē & bona opera adhortatio, psal. 36. vers. 3.
- Ad Fidem exhortemur inuicē per singulos dies, & quare, heb. 3 c.
- Fides dei non est in omnibus, 2. thess. 3 a.
- Fidem se non reperturū in terra, cū venerit ad iudicandum, prædicit Christus, luc. 18 b.
- Fidem suam tentet vnusquisque & experiatur si in illa persistat, 2. corin. 13 b: priusquam de pane illo dñi edat & poculo bibat, 1. corint. 11 f.
- Fidei probatio fit tentationibus & afflictionib⁹, 1. pet. 1 b.
- Fides explorata varijs afflictionibus patientiam operatur, iacob. 1 a.
- Vt in Fide perstet Timotheus, hortatur Paulus, 1. timo. 6 c.
- In Fide PERSEVERANDVM, colof. 1 c. 10 an. 15 a.
- QVICQVID NON FIT EX FIDE, & ex animo bene sibi conscio, peccatū est. rom. 14 d.
- Fidei hoitia & sacrificium, dicitur conuersatio Christianorum bona, quæ bonus odor est deo, philip. 2 c.
- QVI FIDE ACCEPTA, acceptoque spiritu sancto, gustauerint euangelium dei, & postea

TESTAMENTI. 27

stea deseruerint & blasphemauerint, volentes
 alta hostia saluari quam Christi, iudicium dei ex-
 pectent, & nullam misericordiam, hebr. 6 b. 10 c.
 2. pet. 2 d

Fidem viuam in Christum qui docet, is ædificat
 ædificatione dei & doctrina. 1. timo. 1 a

Qui Fidem prouidentia dei nõ habent, hac vita
 indigni iudicantur a propheta, psal. 103. vers. 38

Iuxta Fidem & iustitiam retribuit deus vnicuique
1. reg. 26 d

Fides in deum vbique tuta est, psal. 137. vers. 8

Fides in cruce suspicit domini bonã volutatem,
 cetera fert patienter 10b. 1 d

Fides tuta nusquam reperitur prouer. 20 a

Fidelis sacerdos dei Sadoch, iuxta cor ipsius &
 animã faciens, coram christo dei Salomone am-
 bulans, 1. reg. 2 g.

Fidelis propheta dei Samuel, cuius verba omnia
 sortiebantur effectum, 1. reg. 3 d

Fidelem domum se ædificaturum sacerdoti Sa-
 doc predicat deus 1. reg. 2 g

Fidelissimus dei seruus Moyses in regendo popu-
 lo Israel, solum dei verbum proponens eis, testi-
 monio dei, nume. 12 b

FIDELIS deus permanet in suis promissis, etiã
 si non credamus ei, 1. cor. 1 b. 2. timo. 2 b. 2. thessa.
 3 a. 1. ioan. 1 d. deut. 7 b. 32 a

Fideles omnes, vnum corpus sunt in Christo,
roma. 12 a

Fideles, domus dei dicuntur, 1. pet. 4 d. Genus
 electum ex deo natum, domus spiritualis, sacer-
 dotium regale & sanctum, & ad quid, gens san-
 cta, populus acquisitionis, & ad quid, 1. pet. 2 a b.

Templum dei viuens, 2. cor. 6 c. Dilecti a deo,
 iudæ 2. Filioli, & paruuli in Christo, infantes,
adolesc.

INDEX VTRIVSQUE

- adolescētes, iuvenes, patres, senes, 1. iohan. 2 b Fidei
 dei, 1. iohan. 3 a. Vere liberi, ioā. 8 d. Sancti, ephe. 1 a
 Fideles ad quid vocati, 1. pet. 2 b. 3 b
 Fidelibus se futurum patrem promittit deus,
 2. corin. 6 c
 Fideles deo sunt curæ psal. 100. vers. 8
 Fideles non derelinqui à deo, propheta expertus
 docet psal. 36. vers. 16
 Fideles adhortatur deus ad fidem & patientiam,
 exemplo Abrahæ isa. 51 a
 Fideles optant omnia prospera Christo suo, in
 quo se sperant per deum saluandos, psal. 19.
 Fidelis populi confessio isa. 25 d.
 Fidelis in solo deo rege æterno sperat, nō in prin-
 cipibus, potētia, & sapiētia huius mūdi, psal. 145.
 Fidelis agnoscit persecutiones esse à deo psal. 38.
 vers. 1.
 Fidelis calumniatoribus respondens obseruat ne
 quid lingua peccet, psal. 38. vers. 11
 Fidelium gaudia, & impiorum supplicia, isa. 65 c
 Fidelium oratio aduersus blasphemias gentes
 eccl'i. 36 a b.
 Fidelium sermo de cura dei erga seruos suos,
 malach. 3 d
 Fidelium vox qui dei misericordiam laudant, cur-
 ius gratia non seruiunt idolis, sapien. 13 a
 Fidelium & infidelium cōparatio, psal. 36. vers. 24
 Fidelium conuersatio in operibus bonis, tit. 3 c d
 1. pet. 3 b. 2. pet. 3 c. Vide Conuersatio
 Fideles infidelibus permisti in ecclesia, 2. timo. 2 c
 Fidelibus non habendum cōmercium cum infideli-
 bus 2. corin. 6 c
 Fideles viriliter certamen fidei euangelicæ retine-
 ant contra pseudapostolos iudæ 2.
 Fideles norunt sine peccato vti quibuslibet crea-
 turis,

TESTAMENTI. 28

turis, quas deus creauit in vsum eorum, tit. 1 d

Fideles permaneant in eo quod audierunt ab in-
tione suæ vocationis 1. ioh. 1. 2 d

Fidelibus ab hoc corpore peregrinari, ab eoque
diuelli, optabile, vt deo propius iungantur,
1. corin. 5 b

Fideles peregrini sunt & aduenç in hoc mundo,
futuram inquirentes Ierusalem, ingemiscntes in
hoc corpore 1. pet. 2 b. 2. cor. 5 a

Fideles parati sint ad defensionem, & ad responsi-
onem, si quis infidelis interroget eos de spe vitæ
æternæ quam habent per Iesum, 1. pet. 3 c

Fidelibus rursus se implicantibus coinquinatio-
nibus, facta sunt posteriora deteriora prioribus,
mat. 23 d. 2. pet. 2 d

Fideles confirmat Christus in aduentum suum,
1. corin. 1 a

Fidelium congregatio facta per prædicationem
Christi crucifixi, isa. 11 c

Fidelium vnitas spiritus, quorum cor vnum &
anima vna act. 4 f

Fideles primi pariter erant, omniaque illis com-
munia, act. 2 g

Inter Fideles primos non erat quisquam egens,
act. 4 g

Fidelitas in dispensatoribus & ministris verbi,
requisita, 1. corint. 4 a. vt homines doceat omnia
que mandauit eis Christus, mat. 28 d. euangeliũ

nempe, marc. 16 d

Fidere deo beatitudo est prouer. 16 c

Vt Fiderent soli deo Iudei, reducit in memoriã
beneficia ab ipso eis collata Moyses, deut. 8. a

Ne Fidat quis sibi: qui stat, videat ne cadat,
1. corint. 9 c

Ne Fideret suis vrbibus, stimulu carnis Paulo da-
tus,

INDEX VTRIVSQUE

- rus,** 2. corin. 12 b
Fidentes in domino benedicti, iere. 17 b
Fidentes in homine, maledicti, iere. 17 a.
Fidentes viribus suis filij Israel vincuntur in pugna contra Beniamin, iudic. 20 c d
Fiduciam habeamus nos ingressuros in sancta sanctorum per sanguinem Christi, heb. 10 d
Cum Fiducia Christum adeamus heb. 4 d
Fiduciã habebãt Iudæi in sculptilibus, & idolis, ab eis sperãtes auxiliũ in tribulationib9, deu. 32 e.
Fiduciã oẽm in qua cõfidunt qui nõ obediũt præceptis ipsius aufert deus, vt vrbes, muros, & cætera, deut. 28 g
Fiducia Asæ in deum, 2. para. 14 c
Fiducia Iudæ Machabæi in deum, 1. mach. 3 b
Fiducia Michææ in deum, in persona sanctorum, mich. 7 b.
Fiducia in deum habenda ecci. 32 d
Fiducia in verbum dei habenda sapien. 16 d
Fiducia in deum rata, est credere quod nunquam derelinquat sperantes in se, psal. 124.
Ad Fiduciam in deum adhortatio post perpeſſa mala amos 4 d
Fiduciam populi sui confirmat deus, cõmemorãs præterita beneficia quę in eũ cõtulit, isa. 41 b
Fiduciã in deũ nos docent pulli coruorũ, iob. 39 a
Fiduciã in vires humanas diſſuadet Amasæ quidam vir dei, 2. para. 25 b
Fiduciam carnis aufert dominus à populo suo, mich. 5 d
Fiduciam in externo templi cultu nihil iuuante, prohibet dominus per Ieremiam iere. 7 a

Figmentum

Vt Figmentum non conqueritur aduersus figuram, sic nec fidelis aduersus factorem conqueri debet

TESTAMENTI. 29

debet,

rom. 9 d

Figulus

Quod in Figuli manu est lutum : nos sumus in manu dei, iere. 18 a

Vt Figulus ex eadem massa vasa fingit in varios usus, ita deus ex creaturis alias in interitum, alias in gloriam suam rom. 9 c

Figura

In Figuram & exemplū nobis est, quicquid Iudaicus accidit, 1. corin. 10 a

Figura huius mundi præterit 1. corint. 7 c

Filius

Filij

Filię

Filiorum Israel seruitus & liberatio ex AEGYPTO prædicatur gene. 15 c

Filij Iacob duodecim gene. 35 d

Filij Iacob mittuntur à patre in AEGYPTUM ad emendum frumentū tempore famis, gene. 42 a

Filij Iacob nō agnoscūt fratrem suū Ioseph ge. 42 b

Filij Filiorum Iacob gene. 46 a b

Filiorum Israel liberationem prædicat Iacob, gene. 50 d

Filij Iacob ingressi in AEGYPTUM, exo. 1 a

Filij Israel opprimuntur a nouo Pharaone tributis & oneribus, ne crescāt & multi fiāt, exo. 1 b

Filij Israel quo magis opprimuntur, eo magis multiplicantur exod. 1 c

Filij Israel ingemiscētes ob duram seruitutem exaudiuntur à deo exod. 2 d

Filij Israel egrediuntur AEGYPTUM, exo. 12 f

Filij Israel habitauerūt 430 annos in terra AEGYPTI, exo. 12 f

Filij Israel gradiuntur per medium sicci maris, exod. 14 c

R Filios

INDEX VTRIVSQUE

- Filios Israel quare non duxit deus per viam terrę
Philisthijm exo. 13 c
- Filij Israel efferunt ossa Ioseph ex Ægypto
exo. 13 d
- Filij Israel veniunt in Mara, & deinde in Elim
exod. 15 d
- Filij Israel veniunt in desertum Sin, murmurant
pro cibo exod. 16 a
- Filij Israel pluit de9 coturnices & m̄a, exo. 16 c
- Filij Israel veniūt in Raphidim, quibus ob aquę
penuriam murmurantibus, datur aqua ẽ petra
exod. 17 a
- Filij Israel pugnant contra Amalec, exod. 17 c
- Filij Israel veniunt ad montem Sinai, exod. 19 a
- Filij Israel ad pugnam apti numerantur, num. 1 a
- Filij Israel m̄a fastidic̄tes optāt carnes, nu. 11 a b
- Filij Israel igne percutiuntur ob murmuratiõẽ,
nume. 11 a
- Filij Israel flent & murmurant ob exploratę ter-
rę desperationem num. 14 a. deut. 1 d
- Filij Israel fornicantur cum filiabus Moab,
nume. 25 a
- Filij Israel terram Chanaan ingressuri, rursus
numerantur num. 26 a
- Filij Israel pugnant contra Madian num. 31 a
- Filij Israel amati à deo non propter opera sua, sed
ex sola electiõne dei deut. 7 b
- Filij Israel transeunt per arenam Iordanis aluẽũ
iosue 3 d
- Filij Israel percutiuntur à populo Hai ios. 7 a
- Filij Israel seruiunt Eglon regi Moab iud. 3 b
- Filij Israel fornicantur cum idolis, & ideo traditũ
tur in manus hostium iudicum 3 b
- Filij Israel opprimuntur à Madian septem annis
iudicum 6 a

TESTAMENTI.

130

- Filiorum Israel idololatria, & eorum poenitentia iudicum 10 b
- Filij Israel ob incredulitatem perdit, exemplum sunt fidelibus iudæ b
- Filiorum Iuda genealogia, gene. 38 d. & 46 b. 1. para. 4 a
- Filiorum Issachar genealogia, gen. 46 b. 1. para. 7 a
- Filiorum Benjamin genealogia, gene. 46 c. 1. para. 7 b. 8 a
- FILIVM suum Samuelē lactat Anna vxor Elcana, 1. reg. 1 d
- Filij castigandi, eccl'i. 30 a. prou. 13 d. 22 c. 29 c. 23 b
- Filius castigandus assidue, tæcti statim non corrigatur prouer. 19 c
- Filijs non indulgendum, eccl'i. 30 b
- Filijs suis vt præcipiant verba dei custodire, & implere, hortatur Iudæos Moyses, deut. 32 g
- Filij docendi nos esse liberatos à captiuitate diaboli: vt præcepta dei implemus, deut. 4 b. 6 d
- Filios doceant parentes mysterium paschæ, exo. 12 d. 13 b
- Filij docendi quare primogenita deo offerentur, exod. 13 c
- Filios iubet Iosue doceri quid significarent duorum decim lapides in Galgalis locati, in loco castrorum iof. 4 a d
- Filijs suis præcipiebat Abraham vt custodirent viam dei, gene. 18 c
- Filius Davidis, Salomon, traditur in manus Nathan prophetæ erudiendus 2. reg. 12 f
- Filij inobedientis poena, deut. 21 d. prou. 20 c
- Filius abducens à fide & fiducia in deum, occidendus deut. 13 b
- Filij male instituti, irridentes Eliseum maledicti ab eo, deuorantur ab vris, 4. re. 2 d

R 3

Filium

INDEX VTRIVSQUE

- Filium suum vnicum immolat Abrahā, fide cet-
 tus deum potuisse ei etiam effoeto dare alterum,
 unde descenderet Christus, gene. 22 b
- Filium Adoniam non corripit Dauid, regnantē
 pro ipso, contra dei voluntatem super Israelē,
 3. reg. 1 a
- Filios suos magis honorabat Heli, quā deum:
 quia cum peccarent in deum, arguebat quidem
 eos, sed tamē sinebat eos semper male agere, nec
 priuauit eos sacerdotio 1. reg. 2 f
- Filij Heli non audiunt patrem monentem, quia
 eos volebat deus occidere 1. reg. 2 e
- Filij inobedientium præceptis dei ducuntur in
 captiuitatem deut. 28 d
- Filios iniquitatem patrum imitantes, & deum
 odientes, punit deus, deut. 5 a
- Filius indisciplinatus, patris confusio, eccli. 12 a
- Filiorum Heli sacerdotis peccatum, 1. reg. 2 c
- Quod Filios peccantes nō prohibuisset Heli pu-
 nitur à deo 1. reg. 3 c
- Filij Samuel iudices ab eo constituti non sequun-
 tur patrem, amantes avaritiam & munera,
 1. reg. 8 a
- Filij & Filix non custodientium præcepta, rapi-
 untur & occiduntur, deut. 28 d
- In Filijs impijs non gaudendum eccli. 16 a
- Filiorum officium erga parentes, ephes. 6 a
 colof. 3 d
- Filium impetrat Elifeus à deo hospiti suæ sterili
 p ministerio quod exhibuerat erga eū, 4. re. 4 b
- À Filijs occiditur Sennacherib, 4. reg. 19 g
- Filij septuaginta Gedeonis ex diuersis vxorib⁹,
 iudicum 8 f. quos Abimelech vsurpato regno oc-
 cidit, iudicum 9 a
- Filij Abesan iudicis Israel triginta, & filix toti⁹
 dem

- dem iudicum 12 d
 Filij Abdon iudicis Israel, quadraginta, iudi. 12 d
 Filiorū & filiarū carnes comesturos eos prædicitur Iudæis non seruantibus præcepta, deut. 28 f
 Filios comederunt mulieres in fame Samariæ, 4. reg. 6 f
 Filij non comburendi in honorem deorum, moꝝ regentium deu. 12 d. 18 b. leui. 20 a
 Filium suum sacrificat rex Moabitarum coram obsidentibus, 4. reg. 3 d
 Filium suum consecrat idolis Achaz per ignem 4. reg. 16 a. 2. para. 28 a
 Filios suos per ignem consecrant idolis Israelitæ 4. reg. 17 c
 Filia prudens, viro suo hæreditas, ecclesi. 22 a
 Filiam luxuriosam oportet obseruare, ecclesi. 42 b
 Filia regū induta tunicis polymitis, 2. reg. 13 d
 De Filia vendita in ancillam, exod. 21 b
 Filia non prostituenda leuit. 19 f
 Filiam suam vnicam immolat Iephte iuxta votum, quæ ei reuertenti à cede Ammonitarum prima occurrerat, iudicum 11 g
 Si Filium proprium tradidit deus, non dubium quin omnia quæ nos accipere conuenit, simus accepturi, rom. 8 f
 Filij Abrahæ veri, qui fidē eius in Christū promissum imitantur rom. 9 b
 In Filios adoptare, prædestinauerat des, ephe. 1 a
 Filij dei sumus per fidem in Christum, galat. 3 d. ioan. 1 d
 Filij dei sumus, simus igitur sancti deut. 14 a
 Filij dei, filij Noe, & aliorum in fide deum colentium gene. 6 a
 Filij dei sunt, qui spiritu dei aguntur, rom. 8 c
 Filij resurrectionis, filij dei sunt luc. 20 f

INDEX VTRIVSQUE

Qui Filij dei sunt, ij sunt hæredes dei, & cohæres
des Christi roma. 8 c

Filios dei mundus nõ nouit, & quare, 1. ioan. 3 a

Filij alieni & mendaces Iudæi, nolentes euange
lium suscipere 2. reg. 22 d

Filij prodigi parabola, inexplicabilis dei erga pec
catores reuertentes misericordia & clementia do
cetur luc. 15 c

Filiorum duorum parabola, Iudæos docet Chri
stus, ipsos fuisse qui recepissent se facturos volū
tatem dei, quam tamen non fecerunt, matth. 21 c

Fimbria

Fimbriās fieri per angulos vestimentorum præ
cipit deus, & quare, num. 15 d. deut. 22 b

Fingere

Fingit Dauid & verbis aliud narrat quàm res ha
bebat: partim vt celet consilium sacerdoti, quem
timuit fortasse non subuenturum in necessitate
propter regis timorem: partim vt se liberet à pe
riculo mortis 1. reg. 21 a

Fingit Samuel iussu dei, se immolare deo, ne occi
datur à Saule, & vngit Dauidem in regem,
1. reg. 16 a b

Finis,

Finis hominis insperatus eccles 9 c

In Finem seculi incidimus 1. corin. 9 c

Finis omnium humanarum rerum futurus, resur
rectione mortuorum peracta, 1. corint. 15 d

Finis omnium appropinquauit, 1. pet. 4 b

Firmamentum

Firmamentū, quod & cælum dicitur, verbo dei
creatur, gene. 1 a

Firmamentum tribulatorum deus 2. reg. 22 b

Flagellare

Flagellantur perfecti filiorum Israel, exo. 5 c
Flagella

TESTAMENTI, 132

Flagellatur Christus mat. 27 c

Flagellatur Paulus act. 21 f

Flamma.

In Flamma holocausti Manue, ascendit angelus
in cælum qui ei prænuntiabat natiuitatem Samso-
nis, iudicū 13 d

Flere.

Fletus

Flentem Agar & afflictam consolatur deus per
angelum gene. 21 b

Flet Rachel pudica, quod Iacob eā oscularetur,
nesciens eum esse fratrem patris sui, gene. 29 b

Flet Esau inter osculandum fratrem gene. 33 a

Flet Iacob filium suum Ioseph, gene. 37 c

Flet Ioseph audiens fratres agnoscentes peccatū
gene. 42 e

Flet Ioseph, inspecto fratre suo Benjamin,
gene. 43 g

Flens clamat Ioseph gene. 45 a d

Flet Ioseph, fratribus petentibus veniā, gen. 50 c

Flent Israelitæ, audientes verba exploratorū de-
trahentium terræ promissionis, nume. 14 a

Flet 30 dies populus Aaronē mortuū, nume. 20 d

Flet sedens vulgus promiscuum quod ascēderat
ex Aegypto cum filijs Israel, desiderans carnes
nume. 11 b

Flet populus Israel correptus ab angelo quod
non occidissent Chananæos, sed cum ipsis per-
cussissent fœdus iudic. 2 a

Fletu vxoris victus Samson, aperuit propositio-
nem quam sodalibus proposuerat: vnde iratus
reuertitur ad domum patris iudicū 14 d

Flent Israelitæ coram dño quod cæsi sint a Ben-
iaminitis iudicū 20 c d

Flent eiulatu magno Israelitæ, & queruntur tri-
sum

INDEX VTRIVSQUE

- bum Benjamin esse delectam, iudic. 7 a
 Flet Anna, audiens sibi exprobrari sterilitatem,
 quam consolatur maritus 1. reg. 1 a
 Flet Israel post dominū, quod arcā dei non habe
 rent amplius secum 1. reg. 7 a
 Flet populus Israel, audiēs oculos dextros labe
 nitarū peti a Naas Ammonita in foedus, 1. reg. 11 b
 Flent David & Ionathas, & in oscula ruunt, po
 stea fugit David 1. reg. 20 g
 Cum Fletu agnoscit Saul dei manū, Davidis in
 nocentiam, suamque iniquitatem 1. reg. 24 d
 Fletus David & suorum, ob mortuum Saulem
 & Ionathan 2. re. 1 b
 Flet David super tumulum Abner, cū omni po
 pulo, 2. reg. 3 f
 Flēs, nudis pedibus, aperto capite, fugit David
 2. reg. 15 f
 Flet David audiens mortuum Absalom, 2. regū
 18 g. quem Ioab consolatur audacter, 2. reg. 19 a
 Flens, & ieiunās orat David ad terrā prostratus,
 vt sanaretur filius suus ex Bethsabee, 2. reg. 12 e
 Flet David cum populo, scissis vestibus cadēs in
 terram, audita morte Amnonis, 2. reg. 13 f
 Flet Ezechias audiens se moriturum, 4. reg. 20 a
 Flet Eliseus vidēs mala quę facturus esset Haza
 el contra Iudęos 4. reg. 8 d
 Fletus Iosif, lecto libro Deuteronomij,
 4. regum 22 d
 Flet Iesus ioan. 11 d
 Flet Iesus Ierusalem ingrediens, quod non cog
 noscerent tempus adesse, in quo mittendus erat
 Messias, qui eos visitans pacem afferebat illis,
 luc. 19 f
 Flētes beatos prædicat Christus, & quare, lu. 6 d
 Flet amare Petrus, quod Christum abnegasset,
 matth.

TESTAMENTI. 171

matt. 26. g

Flens Paulus hortatur Philippenses, vt à pseudo prophetis caueant philip. 3. d

Flendum cum flentibus rom. 12. d

Qui Flent, sint tanquã nō flentes 1. cor. 7. e

Flere nos ipsos debemus potius, q̃ mortē Christi, super quos aridos & infructuosos tanta mala nisi resipuerimus, ventura sunt luc. 23. d

Flos

Vt Flos herbę prætereunt tam mala q̃ bona huius mundi iacob. 1. b

Fluuus

Fluuij aquæ viuæ visio apoc. 22. a

Fluuus irrigans paradysum siue ortum voluptatis, gene. 2. b

Fodiens

De Fodiente cisternam, in quam bos ceciderit, exod. 21. f

Fœcundus

Fœcundam facit deus Liam gen. 29. d

Vt Fœcundæ essent sicut Rachel & Lia, imprecabatur populus virginibus nubentibus, ruth. 4. c

Fœdus

Fœdus, vide Promissio & Pactum

Fœdus dei cū Noe, quod ipse cū suis filiis saluaretur in arca à diluuiio gen. 6. c

Fœdus inquit deus cum Noe & filiis, se nunquam deleturum terram aquis diluuij: adiicitq; signum irim in nubibus gene. 9. b. c

Fœdus dei cum Abraham & semine eius erat, vt esset deus ipsorum, nec in quoquam alio fiderent, gen. 17. a

Fœdus pangit deus cum Abram, datum se illi terram promissionis gen. 15. d

Fœdus Abraham cum Abimelech pro puteo iura

INDEX VTRIVSQVE

- menti gen. 21. d
 Fœdus dei cum Israelitis, quod facturi essent quæ
 præcepisset exod. 5 a. 24 b
 Fœdus dei derelictum esse ægrefert Elias, 3. re
 gum. 19. b
 Fœdus populi Israel cū dño deo, quod ipse esset
 ei in deum ios. 24. f
 Fœdus initurus populus cū deo, offert holocau
 sta & victimas exod. 24. a
 Fœdus Ioiadæ inter deū, & regem, & populum
 quod adhærent domino 4. reg. 11. d
 Fœdus Isaac cum Abimelech gen. 26 f g
 Fœdus incunt Iacob & Laban, neutri alteri no
 citurum gen. 31. f
 Fœdus percutiūt Dauid & Ionathas coram do
 mino 1. reg. 20 c. 23 c
 Fœdus quod cum Ionatha pepigerat Dauid, im
 pleuit dando Miphibosech filio ipsius Ionathæ
 agros, familiam, & ad mensam suam eū colloca
 do tanquam filium regis 2. reg. 9 c d
 Fœlicitas
 Fœlicitate nescit vti stultus prover. 26. a
 Fœnum
 Fœnum dat deus ad pascenda iumenta diligenti
 tium se deut. 11. b
 Fœnerare
 Non Fœnerandum fratri deut. 23. d
 Fœnerat gētibus multis, qui seruat dei præcepta
 & à nullo fœnus accipit deut. 28. b
 Folium
 Folio volante terret deus inobediētes verbo suo
 leuit. 26. f
 Fons
 Fons, siue vapor aut nubes è terra irrigans vni
 uersam terram anteq̃ deus plueret, gen. 2. a
 Fons

TESTAMENTI. 134

- Fons quando immundus leuit.ii.f
 Fontes Moabitarum obturari præcipit deus,
 4.reg.3.c.d
 Fons gratiæ & veritatis Christus zacha.13.a
 Formidolosus
 Formidolosi iubentur discedere à bello, deute-
 rono.20.b
 Formidolosos iubet de⁹ reuerti ab exercitu Ge-
 deonis ad domos suas iudicū.7.a.b
 Fornax
 Fornax ferrea Aegyptus deut.4.c
 Fornicatio
 Fornicatio mulieris in quo agnoscitur, ecclesia-
 stici.26.b
 Fornicariam mulierem ducit Osee osee.1.a
 Fornicationi non est dicatum corpus, sed domi-
 no, 1.corint.6.c
 Fornicatio vitanda, 1.corinth.10.b.1.thes.4.a
 heb.12.d
 Ad Fornicationem vitandam habeat vnusquisq;
 vxorem suam 1.corint.7.a
 Fornicator in p^priū corp⁹ peccat, 1.corint.6.d
 Fornicarij regnū dei non possidebunt, 1.cor.6.b
 heb.13.a
 Fornicarij inter fideles, vitandi à fidelibus,
 1.corint.5.d
 Fornicatio ne nominanda quidē inter Christia-
 nos, ephes.5.a
 Fornicatorē quendam excommunicat Paulus,
 1.corinth.4.a. quem reuocari iubet, ne nimia tri-
 stitia absorberetur 2.cor.2.b
 Fornicātur Israelitæ cum filiabus Moab: fiuntq;
 idololatræ: propter quod percutiuntur,
 nume.25.a
 Fornicationes morte puniendæ, leuit.18. a.20.b
 Furni

INDEX VTRIVSQUE

Fornicatrix apud Iudæos comburebatur, vt de
Thamar legimus gene. 38. f

Fornicans virgo in domo patris, à populo lapid
dabatur deut. 22. c

Fornicator Zambri occiditur à Phinees, nu
me. 25. a

Fornicari cum dijs alienis, pro dijs alienis fidere
& eos adorare derelicto deo, exod. 34 b c. deut.
31 d. iudicum. 2. c

Fornicans cum magis & ariolis occidetur à deo
leuit. 20 a b

Fornicantur Israelitę cum Baalim post mortem
Gedeonis iudicum. 8. g

Fornicationē populi vocat deus infidelitatem et
murmurationem in ipsum num. 14. f

Ne Fornicaretur populus, id est, ne cogitationes
cordis sui sequeretur, & aliud faceret q̄ quod prę
cepisset, ideo fimbrias in oris vestimentorū iulle
rat fieri, vt semper pręceptorū reminiscerentur,
nume. 15. d

Fortis

Fortitudo

Fortem deum confitetur Anna, quam ex sterili
fœcundam fecerat, vnde liberata fuit ab oppro
brijs hominum exprobrantium sterilitatem,
1. reg. 2. a

Fortis noster deus, 2. reg. 22 a. iof. 22 c

Fortissimū vir orum vocat angelus Gedeonem,
iudicum. 6. b

Fortis Phenenna desijt parere, & infirma steri
liscq; Anna parit multos 1. reg. 2. a

Fortium quos dederat deus Dauidi, catalogus,
2. reg. 23. b

Vt Fortitudo dei ostēdereē, ideo restitit Pharao
Moyfi exod. 9. c

Fortis

TESTAMENTI.

133

Fortitudo nostra deus, qui dat victoriam ex inimicis
exod. 15. a

Fortitudo omnis aufertur non custodiētibz pcepta, ita vt se non possint tueri ab inimicis,
deut. 28. d

Fortitudo Samsonis minuit, & vnde, iudic. 16. d

Fortitudo Samsonis nihil aliud q̄ dei vis & potētia in ipso. nā legitur fortitudinem illi defecisse, postquam deus recessisset ab ipso, iudic. 16. e

In Fortitudine sua non est fortis homo, sed fortitudine dei, sine quo nihil potest homo quantum

cunq; fortis, vt de Phenenna legimus, quę fœcūda, sterilis à deo facta est, & sterilis Anna fœcūda facta à deo est
1. reg. 2. b

Fortitudini & robori manū ne tribuamus diuitias, sed dei misericordiæ
deut. 8. d

In Fortitudine cibi à deo missi per angelū, Elias 40. diebus, & 40. noctibus ambulat, 3. reg. 19. b

Fortuna

Non Fortuna, sed prouidentia dei propheta inobediens verbo dei occiditur à leone immisso à deo,
3. reg. 13. d e

Fortuna & casu videtur factum, quod Saul querendo asinas patris, vngitur in regē: quod ramen prouidentia diuina fuit
1. reg. 9. b c d

Fortunæ & casui tribuūt sacerdotes Philisthæi, q̄ amarifcas haberet populus
1. reg. 6. b

Quod Fortunæ tribuitur vulgo, scriptura ad deum defert, cum de eo qui non insidiatus occiderit dicit, Deus illum tradidit in manus eius,
exod. 21. c

Fractio

In Fractioe panis, communicatione & orationibus perseverant Christiani primi
act. 2. g

Fragilitas

Fragilitas

INDEX VTRIVSQVE

Fragilitas	ecclesi. 29. d
Fraterna correptio	ecclesi. 19. b
Frater	
Sabbathum præcipitur, in quo ne ignem quidẽ non licebat accendere, exo. 16 e, 20 b, 31 a, 34 c, 35 a, leuit. 19 a f, 23 a, 26 a, deut. 5 b

Sa a

Sab

INDEX VTRIVSQUE

- Sabbathi sanctificatio præcipitur iere. 17 e
 Sabbathū ideo instituit deus, quod septimo die
 cessasset à creatione nouarū rerum, exod. 20 b
 Sabbathum iussit obseruari deus in memoriam
 quietis quam præstiterat Iudæis, liberando eos à
 dura seruitute Pharaonis, deut. 5 b
 Sabbathū institutū vt requiescerent animalia &
 ferui exo. 23 b
 Sabbathum signum inter deū & homines, quod
 ipse sit qui sanctificat nos: quodque septimo die
 cessauerit à creandis nouis rebus exo. 31 c d
 Sabbathi transgressores reprehendit Nehemias
 2. esd. 13 b
 Sabbathum dedit deus populo in signum domi-
 nationis suæ ezech. 20 b c
 Sabbathi sacrificia ezech. 46 b
 Sabbathi violati increpat deus populum suum,
 exod. 16 f
 In Sabbatho qui collegerat ligna, lapidabatur,
 nume. 13 d
 Sabbatho pugnare nolentes Iudæi interimuntur,
1. macha. 2 d
 Sabbatho tentat Nicanor Iudam aggredi,
 2. macha. 15 a
 Sabbathum violant Iudæi urgente necessitate,
 1. macha. 2 e
 Sabbathum terræ septimo quoque anno, exod.
 23 b. leuit. 25 a
 Sabbathi, prophetas aut Moysen legere solitus
 erat Christus populo in synagogis, luc. 3 c
 Sabbathū ppter hoīem factū nō cōtra, marc. 2 d
 Sabbatho discipuli spicas vellunt mat. 12 a
 Sabbathi dominus, Christus est: ideo potuit libe-
 rare discipulos à lege Sabbathi vt ipsis esurienti-
 bus liceret cibum parare eo die, mat. 12 a. mat. 2 d
luc.

- luc. 6 a
 Sabbathis benefaciendū exēplo Christi, qui eo die infirmos sanauit, mat. 12 a. mar. 3 a. luc. 6 a
 Sabbathi die primo, die videlicet dominico, iubet Paulus vnumquenque apud se recōdi, quod in vsum pauperum sanctorū impartiri statuisset, 1. corin. 16 a
 Sabbathis an infirmos curare liceat, interrogant Iudæi mat. 12 a
 Sabbatho Christus dæmoniacum sanat, luc. 13 c
 hominem 38 annos infirmum, ioan. 5 a. hydropticum, luc. 14 a. cæcum natum ioan. 9 c
 Quod Sabbathum solueret reprehenditur Christus, causam reddens, ioan. 5 c de. 7 c. luc. 13 c
 Sabbatho ouis delapsa in foueā, subleuatur, quanto magis benefaciendum hominibus sabbathos mat. 12 a
 Sabbathata perpetua apud Christianos, isa. 66 g
 Ad Sabbathismū, id est cessationē ab operibus malis adhortatio isa. 56 a
 In Sabbatho quiescere, est à proprijs operibus nostræ voluntatis abstinere isa. 58 d
 De SABBATHO & requie Christianorum, quam expectant per Christū, post finitas huius mundi tribulationes heb. 4 b
 Saccus
 Saccus in lumbis, humiliatorū signum, 3. re. 20 e
 Sacco se operit Achab, & ieiunat audito dei verbo contra se 3. reg. 21 g
 Sacerdos
 Sacerdotalis
 Sacerdotium
 Sacerdoti obseruanda antequam ingredi posset sanctuarium leuit. 16 a
 Sacerdos nō intersit mortuorū exequijs, leui. 26 a
 Ss 3 Sacer

INDEX VTRIVSQUE

- Sacerdotes comedunt residuum oblationis, leui. 10 c
 Sacerdotibus interdicitur vino quando ingressu
 ri erant tabernaculum testimonij leuit. 10 b
 Sacerdotum dei consecratorum modus, ritusq;
 offerendi pro eis exod. 29 g
 Sacerdotes in ministerium non recipiebantur, qui
 caeci, gibbi & c. fuissent leuit. 21 d
 Sacerdos virginem ducat uxorem, leuit. 21 c
 De Sacerdotibus & Leuitis, eorumque officijs,
 1. para. 9 a
 Ex Sacerdotibus qui admittendi in sanctuarium
 praescribit dominus, & eorum officium, ezech. 44 d
 Sacerdotes non ausi montem Sinai tangere, sicut
 nec populus exod. 19 d
 Sacerdotum & templi partes in terra promissio
 nis ezech. 48 a
 Sacerdotum haereditas erat deus, cuius sacrificijs
 & oblationibus vivebant, nec aliam habebant
 possessionem deut. 18 a
 Ad Sacerdotes referebantur causae difficiliiores in
 populo, qui illi iuxta legem docebant, deut. 17 b
 Sacerdotum officium iuxta pactum dei cum Leu
 itis malac. 2 a
 Sacerdotes arcam portant, praecedentes populum,
 iof. 3 b
 Sacerdotem iubet Moyses ante aciem bellaturi
 populi stare, & ipsum exhortari ad fiduciam in
 promissam a deo victoriam deut. 20 a
 Quae Sacerdotes Leuitae docebant ex praepro
 dei, sollicito ut facerent, praemonet Moyses Iudae
 os, ne exemplo Mariae sororis Aaron, percuteretur
 tur plaga deut. 24 b
 A Sacerdotibus accipiat rex legem, & legat ut
 timeat deum, & ne superbus eleuetur in fratres
 deut. 17 d

- A Sacerdote Ioiada docetur Ioas rex Iuda,
4. reg. 12 a
- Sacerdotis Eleazari consilio Iosue regit populū,
nume. 27 d
- Sacerdotes dñi nolentes occidere serui Saul veri
ti deum, Doeg impius eos occidit, quod Dauidē
pauissent 1. reg. 22 d
- Sacerdotibus præcipitur à Ioas rege templū in
staurari: quod facere negligunt, 4. reg. 12 a
- Sacerdos Madiā dat vnam è septem filiabus suis
in vxorem Moyſi exod. 2 c
- Sacerdotis filia fornicans, exurenda leuit. 21 b
- Sacerdotes qui vellent, acceptis pecunijs consti
tuit Ieroboam 3. reg. 12 g. 13 g
- Sacerdotiū pecunia cōparat Iason, 2. mach. 14 a
- Quod Sacerdos domini esset, non occiditur Abi
athar à Salomone 3. reg. 2 e
- Sacerdotes ex domo Aaronis non amplius futu
ros, prædicat deus ipsi Heli, ob filiorū ipsius pec
catum 1. reg. 2 f
- Sacerdotes Ophni & Phinees, nō expectantes
vt secundū legem adeps adoleretur dño, vi aufer
rebant partem suam à populo: item dormiebant
cum mulieribus excubantibus ad ostium taber
naculi 1. reg. 2 c d e
- Sacerdotes Ophni & Phinees sua impietate, faci
unt transgredi populum 1. reg. 2 e
- Sacerdotem Leuitā cōducit Micha, qui esset sibi
sacerdos pro idolo quod fecerat in domo sua, ius
dicū 17 d. quem filij tribus Dan illuc profecti secū
auferunt in eum vsū, iudicum 18 e
- Absque Sacerdote doctore, & lege, regnum Isra
el futurum prædicat Azarias 2. para. 15 a
- Sacerdotes Baal holocausta offerentes deo suo,
incidunt se cultris, ita vt sanguis exeat, 3. reg. 18 e

INDEX VTRIVSQUE

- Sacerdotes Philisthinorū hortātur principes vt
 missis anis, & muribus aureis dent deo gloriam
 confitendo ipsum esse qui mariscas & mures im-
 misisset 1. reg. 6 a
- Sacerdotes Philisthæi dubitant num deus immi-
 sisset eis plagam, an casu accidisset, 1. reg. 6 c
- Sacerdotes Dagon nō calcāt limē ipsius, 1. re. 5 b
- Sacerdotes Baal interficit Elías 3. reg. 18 g
- Sacerdotes Baal occiduntur 4. reg. 10 e f. 23 b
- Sacerdotum dolum, qui Belis cibum vorabant,
 consilio Danielis deprehendit rex Cyrus, & oc-
 ciduntur danie. 14 b d
- Sacerdotibus datur victus à Pharaone tempore
 famis gene. 47 e
- Sacerdotum coquinæ ezech. 46 f
- In Sacerdotes & principes osec. 5 a
- In Sacerdotes & pphetas dei cōtēptores, ier. 2 b
- In Sacerdotes nominis dei contemptores, & de
 eorum auaritia malach. 1 c
- Sacerdotum & principum auaritia isa. 3 b
- Sacerdotibus, nisi resipiscant, minatur dominus,
 malach. 2 a
- Sacerdotū principes euangelio nō credunt, me-
 retrices autem & publicani credunt, mat. 21 c
- Sacerdotū principes & scribe indignantur salutē
 imprecati Christo à pueris & turbis, eumque
 Christum prædicari mat. 21 b
- Sacerdotum principes & scribe querunt quomo-
 do Christum perdant, & quare, luc. 19 f. 20 c
- Sacerdotum principes consilium ineūt in domo
 Caiphæ, vt Christum occidant mat. 26 a
- Sacerdotū inuidia Christus Pilato traditus, mat.
 27 b. quorū suasu turba petit Christū crucifigi,
- A Sacerdotibus & prophetis comprehenditur
 Ieremias iere. 26 c
- Sacer

TESTAMENTI. 29

Sacerdotes, & quotquot erant de genere sacerdotali prohibent apostolis ne amplius loquatur de Iesu cuiquam hominum, act. 4. d

Sacerdotes & Leuitas alieniores fuisse à proximi dilectione & officio, quàm Samaritani & ethnici, satis docet Christus parabola Samaritani, luc. 10. f

Sacerdotibus leprosum se ostendere iubet Christus, qui eum sanū pronuntiarent: vt quod Moyses eis statuerat in testimoniū, legem & ius obseruaret, ad tempus ceremonias Iudæorum obseruans, matth. 8. a

Sacerdos Zacharias p̄r Ioānis baptistæ, luc. 1. a

Sacerdotum multa turba obedit fidei, act. 6. c

Sacerdotium Leui translatum est & cessauit, similiter & lex, heb. 7. b

SACERDOS noster CHRISTVS in æternum, secundū ordinem Melchisedec, semp̄ viuens in cælis ad interpellādum patrem pro nobis, qui semel obtulit seipsum, hebr. 5. 6. 7. a. 8. a. psal. 109. vers. 5. gene. 14. d

Sacerdotes sunt fideles, qui offerūt sp̄iales hostias, seip̄sos, vt Christus seipsum, quæ deo acceptabiles sunt p̄ Christū, 1. pet. 2. a. apoc. 1. b. 5. c

Sacerdotale dei regnum ppl̄s Israel audiens vocem ipsius, & custodiens pactum, exod. 19. a

Sacerdotiū domini, id est hostiæ & sacrificia populi q̄ deo offerebātur, erāt Leuitarū, iof. 18. a

Sacramentum

Sacramentū magnum dei reuelatum, Christum accepisse carnem nostram, 1. timoth. 3. d

Sacramentū dei reuelatū Paulo & apostolis, nēpe gentes esse cohæredes, concorporales & conparticipes promissionis eius in Christo exhibitę per euangelium; quod ipsis annuntiauit Paulus, colof.

INDEX VTRIVSQVE

colof. 1 d. ephes. 3 a

Sacramentum cœnæ dominicæ quomodo à deo institutum, 1. corint. 11. c

Sacramentum septem stellarum, apoc. 1 d. mulieris & bestię, apoc. 17. b

Sacrificium

Sacrificij quod offerebant Aaron & filij eius, lex leuit. 6. b

Sacrificia dabantur sacerdotibus pro hæreditate & possessione, deut. 18. a

De Sacrificijs omnibus dederat deus tribui Leui ministranti ad altare, 1. reg. 2. f

Sacrificium mane offerebatur, 4. re. 3. c

Sacrificaturus dño, ascendit Elcana in Silo, dans vxoribus & filijs quod sacrificarent, 1. reg. 1. a

Sacrificia priuata prohibet deus, ne sibi quisq; sacerdos esse audeat, leuit. 17. a

Sacrificio domini detrahentes Ophni & Phineas, partem suam de carnibus domino oblati vni auferunt, non expectantes donec adeps crematus esset, 1. reg. 2. d

Sacrificijs nullis potuit expiari iniquitas domus Heli, quin puniretur, 1. reg. 3. c

Sacrificia Salomonis post absolutum templum, 3. reg. 8 g. 9 d

Sacrificio simulato Iehu occidit omnes sacerdotes Baal, 4. reg. 10. e f

Sacrificia impiorū non respicit dñs, eccli. 34. c

Sacrificia carnaliū subsannat propheta, osee. 5. b

Sacrificia Iudæorū polluta esse asserit dominus, agge. 2. b

Sacrificia veteris legis non requirit dominus, psal. 49. ver. 8. iere. 6 e. amos. 5 f

Sacrificiorum reprobatio ob violatum ab Iudæis coniugij fœdus, malac. 2. c

Quę

TESTAMENTI. 316

- Quę Sacrificia requirat dominus, mſchæ.6.b
 Sacrificio miſericordiã potior, matth.5.b.9.b
 2 a. marc.2 c. luc.5 f
 Sacrificijs & holocauſtomatib⁹ omnibus maius
 eſt diligere deũ ex toto corde &c. marc.12.c
 Sacrificia fidelium, mala.3.a
 Sacrificium deo acceptum, pſal.50.verſ.18.&
 pſal.49.verſ.24
 Sacrificium ſalutare, eccl̄i.35.a
 Sacer
 Sacras literas nouerat Timotheus ab infantia,
 2.timoth.3.d
 Sacrorum vaſorum forma, exod.25.c
 Sadducęi
 Sadducęi dicunt non eſſe reſurrectionẽ mortuo-
 rum, neq; angelum, neq; ſpiritum, act.23.b. Pro-
 pter quod de reſurrectione Chriſtũ interrogant
 matth.22.c
 Sadoc
 Sadoc predicatur ſacerdos corã Salomone quem
 vixerat deus in regem, 1.reg.2.g
 Sadoc ſacerdos cõſtituit pro Abiathar, 3.reg.2.f
 Sagena
 Sagene miſſę in mare parabola, docet Chriſtus,
 malos bonis permixtos in eccleſia eſſe, qui non an-
 te diem iudicij ſegregabuntur, matt.13.f
 Saga
 Saga tabernaculi, exod.26.b.36.b
 Sagitta
 Sagittarum trium ſigno promittit Ionathas ſe in
 dicaturum voluntatem patris Saulis Davidi,
 1.reg.20.d
 Sagittis ſuis Iſraelitas conſecturum ſe, minatur
 deus, deut.32.d
 Sagittas ſuas ſe inebriaturũ ſanguine inimicorũ,
 id eſt

INDEX VTRIVSQUE

Id est eos occisurū, cōminatur deus, deut. 32. f
 Sagittas suas mittēs deus dissipat inimicos inuo
 cantium se, 2. reg. 21. b

Sal

In Salis statuam versa vxor Lot, & quare,
 gene. 19. f

Sal feminauit Abimelech super solum vrbis Sa
 chem quam destruxerat, iudic. 9. f

Salis ardore combusturum deum terram Iudęo
 rum non obedientiū p̄ceptis dei, p̄dicat Moy
 ses, deut. 29. d

Sale conditum omne sacrificium, leuit. 2. d

Sale immisso, aque mortiferę sanantur ab Eliseo,
 4. reg. 2. d

Sale condita omnis victima, marc. 9. g

Sal terre apostoli, matt. 5. b. mar. 9. g. luc. 14. g

Sale sit cōdit⁹ sermo noster in gratia, colof. 4. a

Sale

Sale nascitur gene. 11. c

Salmana

Salmana regem Madianitarū comprehensum oc
 cidit Gedeon, iudic. 8. e

Salmanasar

Salmanasar, capta Samaria, Israelē transfert in
 Assyrios, 4. reg. 18. b

Salomon

Salomon nascitur & diligitur á deo, 2. reg. 12. f

Salomon traditur in manus Nathan prophetę
 erudiendus, 2. reg. 12. f

Salomon diligit deum, 3. reg. 3. a

Salomonem ambulātem per viam mandatorū
 dei, non derelicturus erat ipse deus, 3. reg. 6. b

Salomonem regnaturū post se, iurauerat Dauid
 ipsi Bethsabee, 3. reg. 1. b

Salomon vngitur in regē super Israel, 3. reg. 1. c
 1. para

1. para. 23 a. 29 f
 Salomoni quæ præcepta dederit Dauid mortuus
 rus, 3. reg. 2. a
 Salomoni apparet dominus, à quo petit sapienti-
 am sibi dari, 3. reg. 3 a. 2. para. 1 c
 Salomon ducit filiã Pharaonis in vxorẽ, 3. reg. 3. a
 Salomonis iudicium de duabus meretricibus,
 3. reg. 3. c
 Salomonis parabolarum & carminũ numerus,
 3. reg. 4. d
 Salomonis principes & præfecti, 3. re. 4. a
 Sub Salomone pax fuit perpetua, 3. reg. 4. c
 Salomonis ciborum apparatus, 3. reg. 4. c
 Salomonis equi, 3. reg. 4 c. 2. para. 19 f
 Salomonis libri de animalibus & plantis, 3. reg. 4. d
 Salomonis sapientia, 3. reg. 4. d
 Salomonis artificũ numerus, 3. reg. 5 c. 2. para. 2 d
 Salomonis templi forma, 3. reg. 6. a
 Salomonis domus ædificatio, 3. reg. 7. e
 Salomon mittit ad Hiram regẽ Tyri pro lignis
 & artificibus, 2. para. 2. a
 Salomon infert quæ vouerat pater, in templum
 dei, 3. reg. 7 g. 1. para. 5. a
 Salomonis oratio, vt exaudiantur orãtes in tem-
 plo, 3. reg. 8 c. 2. para. 6 c
 Salomon benedicit omni ecclesiã Israel, & tem-
 plum dedicat, 3. reg. 8 f. 2. para. 6 a
 Salomoni apparet deus, adhortans eum vt sim-
 plici corde ambulet, ne ipse cũ populo reijciatur,
 3. reg. 9. a
 Salomon dat oppida regi Hiram, 3. reg. 9 b. 1. pa-
 ralip. 8. b
 Salomonis equitũ & curruũ numerus, 1. para. 1 d
 Salomon quare dictus pacificus, 1. para. 11. b
 Salomoni secundo apparet dominus, 3. reg. 9. a
 1. para.

INDEX VTRIVSQVE

2. para. 7. c
 Salomon facit Chanagos tributarios, 3. reg. 9. c
 2. para 8. b
 Salomon & regina Saba inuicem munera confere-
 runt, 2. par. 9. c. 3. reg. 10. a
 Salomonis census annuus, 3. reg. 10. c. 2. par. 9. e
 Salomonis thronus & vasa aurea, 3. reg. 10. c
 2. par. 9. e
 Salomonis tempore, aurum nihil aestimatum,
 3. reg. 11. a
 Salomon Astarthen deam Sidoniorum colit,
 3. reg. 11. b. 4. reg. 23. c
 Salomon Moloch idolum Ammonitarum colit,
 3. reg. 11. b. 4. reg. 23. c
 Salomon ædificat phanum Chamos idolo Moa-
 bitarum, 3. reg. 11. b. 4. reg. 23. c
 Salomoni suscitatur aduersarius Adad & Razon
 3. reg. 11. c
 Salomoni fit rebellis Ieroboam, 3. reg. 11. e
 Salomon moritur, 3. reg. 11. g. 2. par. 9. g
 Salomonis regni scissio, 3. reg. 11. d
 Que Salomon a deo expetiuerit, proucr. 30. a
 Salomonis oratio pro sapientia habenda, sapien. 9. a
 Salomonis commendatio, eccli. 47. b
 Salomonem vt audiret, venit in Iudæam regina
 Saba: Iudæi Christum Salomone matrem non
 audierunt, matt. 12. d. luc. 11. d

 Salphaad
 Salphaad filia patri in hæreditate succedunt,
 num. 27. a. iof. 17. a
 Salphaad filia, iubentur suæ tribus viris nubere
 nume. 36. a

 Saltare
 Saltus
 Saltat David motus spû dei, accinctus ephod li-
 neo,

TESTAMENTI. 118

neo, in reducendo arcam dei ad se, 2. reg. 6. c
 Saltantē corā arca dñi Dauidem despicit Michol
 vxor ipsius, sapientia carnis & superba audacia,
 2. reg. 6. c
 Per Saltum exurendum, incendium vrbis Ierusa
 salem significatur, ezech. 20. g

Salutatio

Salutare

Salutatio qua salutauit angelus Gedeonē, Domi
 nus tecum, virorum fortissime, iudic. 6. b

Salutare in pace, 1. reg. 10. a

Salutat Dauid suos pacifice, 1. reg. 30. e

Salutant se mutuo verbis pacificis Moyses & Ie
 thro, exod. 18. a

Salutatio angelī ad Mariam: ad quam ipsa turba
 tur, luc. 1. c

Ad Salutationē Mariæ, Ioannes baptista in vte
 ro matris subsilit, luc. 1. d

Salutare omnē sanctum & inuicem in osculo san
 cto, vult Paulus, philip. 4 d. 1. thes. 5 d

Salutationem, sua manu solitus erat Paulus sub
 scribere, quod signum erat, epistolam ab eo esse
 missam, 2. thess. 3. d

Salutationes in foro amabant scribæ & pharisæi,
 matth. 23. a

Salutare neminē per viā iubet Christus aposto
 lis euntibus ad prædicandum verbū, tam diligen
 tes voluit esse, & nihil remorari, luc. 10. a

Ne Salutet quēpiam per viam, prohibet Eliseus
 Giezi famulo, ne remoraretur vbi maxime festi
 mandum erat, 4. reg. 4. e

Salutaris

Saluus

Saluare

Salus

Saluator

Saluator

INDEX VTRIVSQUE

Saluator noster deus, eripiens de tribulationibus,
 2. reg. 22. a
 Salus nostra deus, qui saluat siue liberat à pericu-
 lis & hostibus, exod. 15. a
 Saluatur Israel per dominum, deut. 33. d
 Saluat solus deus à malis & tribulatiõibus, 1. re. 10. c
 Saluat deus absque gladio, nihilominus tamẽ ipse
 Dauid cum baculo & lapidibus, processit contra Philis-
 theos, sed illis nihil fuis, 1. reg. 17. f
 Non Saluatur quis propria virtute, psal. 32. ver. 16
 Salutem vocat Samson victoriam, quã dederat
 ei deus de Philistheis, iudic. 15. d
 Salutẽ siue victoriã etiã per gentile Naaman de-
 dit deus regi Syrię impio, 4. reg. 5. a
 Salutem promittit deus ipsi Achab in desperatis
 rebus, 3. reg. 20. c e
 Vt Saluaret populum multum, ne fame periret,
 venditus fuit Ioseph, gene. 50. d
 De Salute siue vita desperantibus Israelitis videti-
 bus persequentem Pharaonem, promittitur præ-
 sentissimum auxilium, exod. 4. c d
 Salutem dicitur fecisse deus, quãdo dedit victori-
 am de inimicis, 2. reg. 23. b
 Salutem & victoriã deo tribuit Saul, non suis
 viribus, 1. reg. 11. d
 Saluũ fieri ex instãti periculo mortis, petit Chris-
 tus à patre: mox mori cupit, vt sua morte & res-
 surrectione nomen patris sui clarum redderetur
 apud omnes orbis nationes, ioan. 12. d
 Saluare animam suam si quis voluerit, & nolue-
 rit propter Christum periculo exponere, perdet
 eam, matt. 10. d
 Saluatorem siue liberatorem Othonielẽ, & Aod
 mittit deus Israelitis clamantibus ad se de tribula-
 tione, in quam eos tradiderat ob idololatriam,
iudicum

iudicum. 3. b
 Salutarē suū vocat Anna deū, qui dando ei filios
 eam liberarat ab opprobrijs quæ patiebatur pro-
 pter sterilitatem, 1. reg. 2. a
 Salutare dei Christus, gene. 49. c
 Quòd SALVTEM haberemus per Chris-
 tum constituerat deus, non autem iram eius sup-
 nos manere, 1. thess. 5. b
 De Salute nostra & liberatione ab inimicis no-
 stris per Christū, scrutati sunt prophetae, & pro-
 phetauerunt, 1. pet. 1. b. luc. 1. g
 Vt Saluos faceret pctōres venit Christus, vt sal-
 uaret quod perierat, vt saluaret mūdus p ipsum,
 1. timoth. 1. d. matth. 18. b. luc. 19. b. ioan. 3. b
 Salus nostra à deo est, psal. 3. vers. 8
 Salus & spes nostra deus, psal. 64. vers. 6
 Salus vera à deo petenda, iere. 17. b
 Salutem nostram deus misso filio suo operatus
 est, isa. 59. d
 Salus ex Iudejs est, à quibus descendit Christus,
 ioan. 4. c
 Salutis author & saluator mūdi Christus, hebr.
 1. c. 1. ioan. 4. c : per quem salus fide in ipsum,
 2. timoth. 3. d. quod confitentur Samaritani, ioā.
 4. f. & cantat Maria, luc. 1. e
 Salutare dei Christus omnibus populis missus,
 luc. 2. d
 Qui Salui fiant, fide in euangelium Christi, deus
 qui adducit & trahit, act. 2. g
 Saluos nos fecit deus à peccato, redemit & mun-
 dauit ab eo per Christum, sua sola misericordia
 ad hoc motus, fidem habendo in ipsum, non ex
 operibus, ne quis gloriatur; & ad quid, ephes. 2. a
 b. rit. 3. b
 Salutis dies, dies Christi est, in quo accepit carnē
 Tt nostram

INDEX VTRIVSQVE

- nostram, 2. corin. 6. 2
 Salus non est in alio aliquo quàm in Christo,
 act. 4. b
 Salus æterna datur omnibus obtemperantibus
 Christo, heb. 5. c
 Salus nostra tunc tecta est & later, sed palàm fiet
 & reuelabitur tempore nouissimo, 1. pet. 1. a
 Vt Salutē obtineamus, conseruamur virtute dei
 in fide, 1. pet. 1. a
 Salus quam certo speramus, est galea qua serua-
 bitur caput nostrum, ephes. 6. c
 Qui Saluētur an pauci sint, quidam Christum in
 terrogat, luc. 13. e
 Saluus erit qui credens Iesum esse Christum, ba-
 ptizatus fuerit, marc. 16 d. quicq; quantumlibet
 dura persecutionum genera sæuiant, perseueraue-
 rit in verbo & fide Christi, matt. 10 c. 24 b. mar.
 13 a. luc. 21 b
 Salus domui & familiæ Zacchæi, quòd Christo
 credidisset, luc. 19. b
 Salutis sciētia est, cognoscere peccatorū remissio-
 nem per abundantem dei bonitatem, visceraq;
 misericordię eius esse factam, luc. 1. g
 Saluos omnes fieri vult deus, & ad agnitionem
 venire veritatis, 1. timot. 2. a
 Saluator omnium deus, maxime fidelium, 1. timot. 4 c.
 per Iesum Christum, iude g: in cuius pote-
 state est salus nostra, matt. 19. d
 Saluandorum numerus paruus, luc. 13 c. isa. 28 f
 Samaria
 Samarizæ mons, 3. reg. 16. e
 Samarizę & Ierusalem exitium, ezech. 23. g
 Samarizę comparatione, fornicationem Ierusalē
 impudentiorem ostendit, ezech. 23. b
 Samarizę mala imprecatur dominus, eam ad resis-
 piscen

TESTAMENTI. 338

- placentiam vocans, osee. 14. a
 Samariã obsidet Benadad rex Syriæ, 3. reg. 20. a
 Samariam obsident Syri, 4. reg. 6. e
 Samaria capitur ab Assyrijs, 4. reg. 17. a. 18. b. c
 Samaritę deo & dæmonib9 seruiunt, 4. reg. 17. f
 Samaritę gentem dementat Simõ magus, act. 8. b
 Samaritani non credunt dei prouidentię erga se, 4. reg. 7. b. c
 Samaritani parabola docuit Christus, vt eũ esse
 proximum nostrum agnoscamus in quencunq;
 inciderimus ope nostra indigentem, cumq; iuue-
 mus pro viribus, luc. 10. e
 Samaritani Iesum & eius discipulos noluerũt re-
 cipere, quos putarent suum templum contemne-
 re & petere Ierosolymam, luc. 8. f
 Samaritanę historia, gentium vocatio aperte de-
 scribitur, ioan. 4. a
 A Samaritana potũ petit Christus, ioã. 4. a. c. cui
 fatetur se illum esse Messiam promissum,
 Samaritana Christum venisse nuntiat gentibus
 suis, ioan. 4. d
 Ex Samaritanis multi credunt in Christum, præ-
 dicante muliere Samaritana: multo plures autem
 audientes ipsum loquentem, ioan. 4. e
 A Samaritanorum commercio abhorrebant Iu-
 dæi, ioan. 8. f
 Samaritanum esse Christum blasphemant Iudęi
 ioan. 8. f
 Samaritanis Christum prædicat Philippus, act.
 8. a. quem cum gaudio recipiunt, & baptizantur
 viri ac mulieres, ad quos mittuntur Petrus & Io-
 annes, qui pro ipsis orent, vt manuum impositio-
 ne spiritum sanctum acciperent.

Samgar

Samgar percutit Philisthęos vomere, iudi. 3. d
Tt 2 Samfai

INDEX VTRIVSQVE

- Samfai
- Samfai scriba reedificationem templi prohibet,
1. e. d. 4. b
- Samson
- Samson prænuntiatur nasciturus, iudic. 13. a
 Samson nascitur, cui benedicit deus, spiritu suo
 eum roborans, iudic. 13. d
 Samson ducit vxorem de filiabus Philisthym,
 iudicum. 14. a
 Samson leonē dilacerat, p̄ spiritū dei, iudi. 14. b
 Samson sodalibus suis pponit pblema, iudi. 14. c
 Samson vxori exponit problema, iudic. 14. d
 Samsonis vxor ipso relicto alteri dat, iudic. 14. d
 Samson propter ablatā vxorē, incensis vulpium
 caudis segetes Philisthinorū exurit, iudic. 15. a
 Samsonis vxor comburitur à Philisthæis, q̄ ipse
 illorum segetes combussisset, iudic. 15. a
 Samson ligatus traditur Philisthæis à tribu Iuda
 cuius vinculis à spiritu dei ruptis, maxilla occidit
 mille Philisthæos, iudic. 15. b c d
 Samson victoriam deo tribuit, non v̄ iribus suis,
 iudicum. 15. d
 Sāson ingreditur ad mulierē meretricē, iudi. 16. a
 Samson portas Gazæ sublatas in montē defert,
 iudic. 16. a
 Samson decipitur à Dalila, iudic. 16. b
 Samsonem excæcant Philisthym, iudic. 16. c
 Sāsonis fortitudo minuitur, & vnde, iudic. 16. d
 Samson ludit & pro spectaculo est Philisthæis,
 iudicum. 16. f
 Samson moritur cum principibus Philisthino-
 rum, & reliqua multitudine, iudic. 16. g
 Samson iudicauit Israelē viginti annis, iudic. 15. d
- Samuel
- Samuel nascitur; dictus Samuel, id est, postulatus
 à deo,

- & deo, quod mater ipsius eum à deo postulasset, 1. reg. 1. c.
- Samuel offertur deo à matre iuxta votū, & cum quibus ceremonijs, 1. reg. 1. d.
- Samuel ministrat dño ante faciem Heli sacerdotis, estq; famulus Heli in ministrando deo, 1. reg. 1. b. d. 3 a.
- Samuel proficit & crescit, placens deo & hominibus, 1. reg. 2. e.
- Samuel exaltatur, & magni fit à deo in ministerio, 1. reg. 2. d.
- Samuel quater vocat à deo vt esset ppheta ipsius, per quem loqueretur ad Israelitas, 1. reg. 3. a.
- Samuel mane aperit ostia tabernaculi, 1. reg. 3. c.
- Samueli prædicit deus se puniturū Heli, ob iniquitatem filiorum ipsius, 1. reg. 3. c.
- Samuel indicat ipsi Heli visionem dei de punitione ipsius Heli futura, 1. reg. 3. d.
- Cum Samuele erat deus, & oia quæ prædicebantur à deo per ipsum, eueniebāt: cognitusq; est ab Israelitis esse propheta dei, 1. reg. 3. d.
- Samuel hortatur populum vt toto corde reuertatur ad dominum, nemini alijs seruiendo & fido q̄ soli domino, 1. reg. 7. a.
- Samuel iudicat Israelem in Maspha, 1. reg. 7. b.
- Samuel impiger circuit vrbes, vt reddat iudicia Israelitis, 1. reg. 7. d.
- Samuel senex constituit filios suos iudices super Israelem, 1. reg. 8. a.
- Samueli præcipit deus vt Saulem vngat in regē super Israelem, 1. reg. 9. c.
- Samuel voluntate dei occurrit Sauli quærenti ipsum, cui indicat asinas esse inuentas, 1. reg. 9. c.
- Samuel dat primum locum Sauli in cōiuiuo, tanquam futuro principi: cum quo post conuiuium

INDEX VTRIVSQVE

- multa loquitur, 1. reg. 9. d
 Samuel vngit Saulē in regē sup Israel, 1. reg. 10. a
 Samuel omnibus modis agit vt populus suū grā
 de peccatum agnoscat, quōd petierint regē homi
 nem protectōrē, qui hactenus habuerant deū re
 gem, 1. reg. 10. c
 Samuel senex ostēdit populo innocentia suā, & q̄
 integre inter ipsos cōuersatus sit, 1. reg. 11. a
 Samuel pplm arguit ingritudinis, q̄ p deo re
 gē hominē regē protectōrē petierit, 1. re. 11. b
 Samuel cum Saule expostulat, qđ cōtra dei prę
 ceptum, & regem Agag, & prędam referuasset,
1. reg. 15. c d
 Samuel orat pro Saule tota nocte, 1. reg. 15. c
 Samuel luget Saulē reprobatū a deo, 1. reg. 15. g
 Samuel occidit Agag regē Amalec, 1. reg. 15. g
 Samuel orat pro Israele cōtra Philisthęos, & cō
 teruntur a deo, 1. reg. 7. c
 Samuelem timidum mittit deus ad vngendum
 Dauidem in regem, 1. reg. 16. a
 Samuel iussu dei fingens se immolare deo, vngit
 Dauidem in regem, 1. reg. 16. a b
 Samuelis tempore deus bellauit pro Israel con
 tra Philisthęos, 1. reg. 7. d
 Samuel moritur, 1. reg. 25. a
 Samuelē suscitātū scriptura scribit fuisse a pytho
 nissa, quia mulier & Saul cum suis illic credide
 runt esse, cum tamen reuera non esset, sed dęmō,
 qui se transmouerat in personam Samuelis: quē
 deus permisit vera omnia dicere Sauli vt confir
 maretur amplius in errore, qui dilectionē verita
 tis non susceperat, 1. reg. 28. b c
 Samuelis laudes, eccli. 46. c

Sanctuarium

Sanctitas

Sano

TESTAMENTI. II 37

Sanctificare

Sanctus

Sanctimonia

Sanctificauit dominus sabbathum, exod. 10. b

Sanctificari sabbathū præcipit Iudeis, exod. 10. d

Sanctificare pro consecrare frequēs est in Leuitico capite. 26

Sanctificare aliquid deo & vouere, aut dedicare, idem significant, deut. 12. d

Sanctificantur sacerdotes accedentes ad deum in montem Sinai, exod. 19. d

Sanctificatur & cōsecratur Eleazar filius Abinadab, vt custodiat arcam dei, 1. reg. 7. a

Sanctificandorū sacerdotum modus, & eorum quę ipsorum erant, exod. 29

Sanctificabatur tabernaculū oleo sc̄to, exo. 30. c

Sanctificabatur altare, quod super illud gloria dei appareret Israelitis, indeq; eis loqueretur, exod. 29. g

Sanctificari iubet populū deus antequam loqueretur ei, exod. 19. b

Sanctificari populum præcipit Iosue, quod sequenti die dñs mirabilia esset facturus corā eis, ios. 3. b

Sanctificari iubet deus populum, vt sciretur quis de anathemate tulisset, ios. 7. c

Sanctificat David, siue consecrat dño vasa quę acceperat à gentibus quas occiderat, 1. reg. 8. c

Sanctificatum & dedicatum templum Salomonis à deo, 3. reg. 9. a

À Sanctificatorū esu q; abstinere debebāt, leuit. 22

Sanctificare festum aliquod dicit scriptura, pro celebrare, leuit. 25. b

Sanctificari vult deus, leuit. 10. a

Sanctificare dominum corā populo, nume. 10. b

Quod nō Sanctificasset deum corā filijs Israel ad

INDEX VTRIVSQUE

aquas cōtradictionis, præcipit deus Moyſi mori in monte Abarim, conſpecta terra promiſſionis, ſed non ingreſſa, deut. 32 g. 34 a

Sanctificemus Chriſtū in cordib⁹ noſtris, ipſum ſolum qui deus eſt, timentes, & reueriti timore puro & caſto, 1. pet. 3. c

Vt Sanctificet deus pater apoſtolos ſuos, & eos quiſper verbum eorum credituri erant, nō exterrone vt Aaron, ſed ſeparet in ſuos vſus vt vere diuina instrumenta fiant, & veræ hoſtiæ, dando eis verbum ſuum cui crederent, orat. Chriſtus, ioan. 17. c

Sāctificat ſeipſum Chriſtus & ſe immolat patri, vt apſi ſui & alij quibus demandatū eſt negotiū euangelij prædicandi, purgati à vitijs, puri perſeuerent in ipſius prædicatione, ioan. 17. c

Sanctificatio & redemptio noſtra, Chriſtus, 1. corinth. 1. d. ſanguine ſuo ſanctificauit nos, hebr. 2 c. 10 e. 13 b

Sanctificati ſunt Chriſtiani & iuſtificati per ſpiritum dei, & vnica Chriſti oblatione, 1. corint. 6. c hebr. 10 c. 1. petr. 1. a

Vt Sanctificemur & immaculatiſimus vult de⁹ 1. theſſ. 4. a

Sanctificabimus nos in hoc mūdo, pia fidei opera facientes, & per ſpiritum & gratiam eius nos puros ſeruantes, ſi habuerimus ſpem futuri ſtat⁹ noſtri, & glorioſæ cum Chriſto conformitatis, 1. ioan. 3. a

Sanctificatio, fructus eſt iuſtitix: & finis eius, vita æterna, rom. 6. d

Vt Sanctificemur à deo, toti⁹ ſimus mundi & in ſpiritu & in anima & in corpore, vtq; in ſanctitate confirmentur corda noſtra, charitatem augeti nobis, vt tandē ſine culpa inueniamur in die aduentus

TESTAMENTI. IIII 338

aduentus dei, orat Paulus, 1. thessa. 3 d. 5 d.
 Ut Sanctificaremur per spiritum suum, sancti
 essemus & mundi, utque sancte & immaculate
 in conspectu eius viueremus, per charitatem in
 uicem seruientes, elegit nos deus per Christum,
 meritoque ipsius & gratia ante mundi constitu-
 tionem, & etiam vocauit, ephe. 1 a. luc. 1 g. 1. pet.
 1 a. 1. thes. 4 b
 Sanctificator noster deus, leui. 20 b. 11 b c d. 22 b c d
 Sanctus solus est deus, 1. reg. 2 a
 Sanctus deus qui immunditias siue idola non fert
 secum adorari 10s. 24 e
 Sanctum deum nostrum esse confitentur Bethsa-
 mitæ, 1. reg. 6 d
 A Sanctis sanctus deus habetur, quicquid agat,
 2. reg. 22 c
 In Sanctitate magnificus deus, exod. 15 b
 Sancti sumus deo nostro deut. 14 a
 Ut Sanctus esset sibi populus, elegit Israelitas de-
 us, deut. 26 d
 Ut Sancti simus deo, sequentes præcepta ipsius
 præcipit deus nume. 15 d
 Sancti ut sint, Iudæos hortatur deus, non come-
 dendo carnes à bestijs pregustatas, exod. 22 d
 Sanctus dei populus Israelitæ deut. 14 c
 Sancta dei gens, populus Israel audiens vocem
 ipsius, & custodiens pactum exod. 19 a
 SANCTI SVNT quos deus iuxta propositum
 suum ab æterno prædestinauit. rom. 8 e
 Sanctos vocat Paulus Christianos, rom. 16 a b.
 ephe. 1 a. philip. 4 d. philemo. a b. heb. 3 a. Quorū
 minister Christus est, sedens in dextera patris
 heb. 8 a
 Ut Sanctos & spiritu purificatos exhiberet nos
 deus in conspectu suo, per mortem vniuersi fi-

INDEX VTRIVSQUE

- In sui, reconciliauit nos sibi colof. 1 e
 Sancti simus in omni cōuersatione nostra, quē ad
 modū & ille qui vocauit nos, sctūs est, 1. pet. 1 c
 Sanctōrū necessitatibus cōmunicandū, rom. 12 c
 In Sanctōrum subsidium collectas pecuniæ fieri
 iubet Paulus à Corinthijs 1. cor. 16 a
 Vt Sanctis pauperibus succurrāt Corinthj, exē
 plo Macedonū, à Paulo monentur, 2. cor. 8 a
 Apud Sanctos, Paulus vult Christianorum lites
 dirimi in negotijs temporalibus, 1. cor. 6 a
 Sanctōrum ministris, & eorū cooperatoribus in
 euāgelico negotio, honor habendus, 1. cor. 16 c
 Pro Sanctis orare iubet Paulus oratione assidua
 & ardenti in spiritu, omni tempore, etiam in ea
 vigilare ephe. 6 c
 Cum Sanctis bellum facere, & eos vincere, be
 stix datum apoc. 19 b
 Sancti vitam suam ob verbum promissionū dei
 contempserunt apoc. 12 c
 Sancti post iudiciū fulgebunt vt sol, mat. 13 f
 Sanctōrum fœlicitas, apoc. 7 d
 Sanctōrum orationes per odorama & incens
 sa significatæ apo. 5 c. 8 a
 Sanctōrum iustificationes per byssinum signifi
 catæ, apoc. 19 b
 Sanctus pro sua impietate orat, psal. 31. vers. 7
 Sancti in manu dei sunt deut. 33 a
 Sanctōrum suorum pedes seruat deus, ne labantur
 in tentationibus, & in afflictionibus rece
 dant à fiducia in ipsum, vt de se Anna cantat,
1. reg. 2 b
 Sanctōrum peccatis, deus propitiū est, etsi ea
 quandoque vlciscatur psal. 98. ver. 6
 Sanctōrum beatitudo sapi. 5 c
 Sanctōrum millia apparuerunt cum deo in mon
te Pha

- te Pharan deut. 32 a
- Sancta sanctorum in quæ intrauit Iesus, cælum est heb. 9 f
- Sanctus locus in quo per verbum suum loquitur deus ios. 5 d. exod. 3 b
- Sanctus panis, quo secundum legem nõ licebat vesci nisi sacerdotibus 1. reg. 21 a
- Sanctuariũ velo diuidebatur à sanctuarij sanctuarijs exod. 26 f
- Sanctuarij forma exod. 25 a
- Sanctuarium non semper ingrediatur sacerdos, leuit. 16 a
- Sanctuarij expiatio, leuit. 16 c
- Sanctuarium dñi metuendum, leuit. 19 f. 26 a
- Sanctuarium dei, terra Chanaan, ad quam intro duxit populum Israel exod. 15 d
- Sanctum domino, verba sunt in lamina Aaronis sculpra exod. 39 e
- Sanctum doctrinæ vitæ, & margaritã verbi dei, impugnantibus & contemptoribus non prædicandum matth. 7 a
- Sancta iubet Moyses esse castra Iudæorum, ventrem non leuantes in eis, sed extrã ea cacantes, & operientes quod egressissent, effossa humo, deut. 23 c
- Ad Sanctitatẽ nos hortatur deus, quod sanctus sit, leuit. 11 g. 19 a. 20 b d. 21 b
- Sanctimoniam sectemur heb. 12 d
- Sanguis
- Sanguis, anima est omnis carnis leuit. 17 c
- Sanguinem ne comedant, precipit deus Iudæis, deut. 12 b c d. 15 d. leuit. 7 e. 19 f. gene. 9 a
- Sanguinẽ comedentibus minatur deus, leui. 17 c
- Sanguinem comedens populus fatigatus, peccat contra deum 1. reg. 14 e
- Sane

INDEX VTRIVSQUE

- Sanguis super fermēto nō imolādus, exo. 23 d. 34 c
 Sanguis in superliminari, ni murtuāni exod. 12 b
 Sanguine, expiatio peccatorum fiebat, leui. 17 c
 Sanguine holocausti respergit populum Moyses
 in memoriam fœderis, quo promittebat popu-
 lus se facturum verbā dei et sup. 3. 1. 1. exo. 24 b
 Sine Sanguine nihil pene expiabatur in veteri tes-
 tamento et murtuāni heb. 9 f
 Sanguis hircorū & taurorum emundabat eum
 qui tactu bestię mortuę maculatus fuisset, non
 autem peccata auferebat et murtuāni heb. 9 d. 10 a
 Sanguine hircorum & aliorum animalium veteris
 testamentum dedicatum et murtuāni heb. 9 c
 Sanguis Christi petit à patre remissionē peccato-
 rum nostrorum: sanguis Abel vindictā, heb. 12 g
 Sanguine Christi, peccatorū redemptio, remis-
 sio, mundatio facta est: & sanctificati, redempti,
 mundati, loti, aspersi voluntate & electione pa-
 tris sumus, vt seruiremus deo viuenti, & facere-
 mus opera lucis, matth. 26 c. marc. 14 c. luc. 22 b.
 ephesi. 1. b. hebr. 9 c d. 10 e. 13 b. 1. pet. 1. a d. i. ioan. 1.
 c. apoc. 1. b
 Per Sanguinē Christi, & supplicium crucis eius
 pacem fecit deus inter cœlestia & terrestria, vt
 iam vni Christo iungantur et murtuāni colof. 1 c
 Qui Sanguinē Christi pollutum iudicauerit, per
 eumque peccata purgari irridens nō crediderit,
 aliunde quærens purgari, grauissima tormenta
 perferet et murtuāni heb. 10 c
 Sanguinis Christi vltionem super se petunt Iu-
 dæi, ipsum autem crucifigi, matth. 27 c. marc.
 15 b. 23 b
 Sanguis & aqua exit de latere Christi in cruce
 pendentis, quo doceremur à morte sua omnium
 peccatorum expiationē esse expectandam, quod
 testis

INDEX VTRIVSQUE

Saph gigas occiditur, 2. reg. 11 d

Sapere

Sapientia

Sapiens

Vt Saperent Iudæi, non adorantes idola, optat deus deut. 32 d

Sapientia nostra est verbum & præcepta dei, deut. 4 a

Sapientia timor domini iob 28 d

Sapientia à deo procedit eccli. 1 a

Sapientia adiuventor deus, baruch 3 d

Sapientia dei diues & profunda rom. 11 d

In Sapientia dei quâ declarat hoc pulcherrimum spectaculum mundi, non cognouerunt homines deum, 1. corin. 1 c

Sapientia dei, Christus, luc. 11 g. vt matth. 23 d. interpretatur

Sapientia nostra Christus 1. cor. 1 d

Sapientia & scientia thesauri omnes in Christo reconditi coloss. 2 a

SAPIENTIA DEI abscondita, **EVANGELI**

VM, quod ab æterno suis destinarat deus, 1. cor.

2 b. quam licet Iudæi contemnerent, iustificata

tamen, & vt vera dei sapientia suscepta à filiis su

is omnibus, quotquot vt illius participes essent,

à patre erant electi, mat. 11 c. istam sapientiam lo

quebatur Paulus inter credentes 1. corin. 2 b

Sapientia quæ è supernis est, qualis iacob. 3 d

Sapientia nō ætas docet, sed spiritus dei, iob 32 b

Sapientia sermo datur nonnullis per spiritum dei,

1. corin. 12 a

Sapientia talem se daturum suis, vt aduersarij non

queant resistere, promittit Christus luc. 11 d

Sapientia, & cor intelligens, idem 3. reg. 3 b

Sapientia seipsam commendat prou. 8 a

Sapi-

TESTAMENTI.

336

Sapientia omnes ad se inuitat	prou. 9 a
Sapientia non inuenitur à derisoribus,	prou. 14 a
Sapientia se offert querentibus eam,	sapient. 6 b
Sapientia conqueritur se ab omnibus contemni,	
prouer. 1 c	
Sapientia, quæ est verbum dei, commedatio: &	
quis sit vsus eius	prou. 1 a
Sapientia laus à liberatione eorum, quos ab ini-	
tio hucusque sanauit	sapient. 10 a
Sapientia commoda	eccli. 4 b
Sapientia fructus	prouer. 4 a
Sapientiam commendat dñs populo, baruch 3 b	
Sapientiam amplectendam monet Salomon, quæ ti-	
morem domini doceat	prouer. 2 a
Sapientiam dei solam inter res creatas esse inscruta-	
bilem ostendit Iob	iob 28 a
Ad Sapientiam hortatur Paulus, qua possimus ca-	
uere ab omni peccandi occasione	ephes. 5 d
Sapientia & verbo dei scortationem posse vita-	
ri predicat Salomon	prou. 2 c
Sapientie spiritu repletus Iosue, impositione ma-	
num Moyli	deut. 34 c
Cui Sapientia deest, postulet eam à deo,	iacob. 1 a
Sapientiam petit Salomon, qua posset populum	
regere	3. reg. 3 b
Sapientia Salomonis quanta	3. reg. 4 d
Vt Sapientiam Salomonis audiat, venit ad ipsum	
regina Saba	3. reg. 10 a
Sapientiam Salomonis videns populus, timet ip-	
sum	3. reg. 3 d
Sapientia, ex bona conuersatione cum mansuetu-	
dine iuncta, ostendenda	iacob. 3 c
Sapientes oportet nos esse in bono, & simplices	
in malo	rom. 16 c
Sapiendum quomodo	rom. 12 a

NE

INDEX VTRIVSQVE
NE ALTVM SAPIAMVS, *superbiam, &*
animo efferamur, quod incredulitate fracti sint
Iudæi, & à deo reiecti, nos autem fide stemus: ne
& nos fide excidentes frangamur vt & ipsi,
rom. 11 c

Sapientia rationem habent elementa huius mūdi
& humanæ traditiones, superstitionē quandā
& humilitatem in animos hominum inducentes
vsque ad lēSIONEM corporis, cui necessaria subtra
huntur colof. 2 d

Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum,
1. corin. 3 d

Sapientia huius mundi quærūt Græci, 1. cor. 3 d

Sapientia carnis, legi dei subijci non potest, ro. 8 b

Sapientiam huius mundi stultam fecit deus vt
olim prædixerat per prophetas, 1. cor. 1 c. quam

præcellit quod stultum ab incredulis videtur,

Vt Sapiētes huius mundi confunderet deus, de

legit quæ stulta erant mundi & indocta iudicio

humano, id est apostolos 1. corin. 1 d

Sapiētes in astutia sua cōprehēdet deus, 1. cor. 3 d

Sapientia humanæ & erudito sermoni non tri

buenda fides nostra, sed virtuti dei ad credendū

impellenti 1. cor. 2 a

Sapientum cogitationes vanæ iudicio dei,

1. corint. 3 d

Sapientia huius seculi Christo regnante euacua

ta, isa. 33 c

Sapientis studium eccli. 39 a

Sapientis cognitio eccles 8 a

Sapientis est conseruare rem familiarē, prou. 21 a

Sapientis & stulti differentia eccles 10 a

Sapientium os in corde eorum eccli. 21 d

Sapientum monita non spernenda eccli. 8 b

Sapiens audit consilia prou. 23 c

Sapiens audit consilia Sapi

TESTAMENTI. 37

Sapiens gaudet argui,	prou. 25 b
Sapiens dei legem amplectitur	eccli. 21 c. 33 a
Sapiens rex, populi stabilitmentum,	sapi. 6 d
Sipientis mulieris consilio seruatur ciuitas Abela, obsessa à Ioab	2. reg. 20 f g
Sapientes sui amantes, haud fere corriguntur, prouer. 26 b	
Qui Sapiens sibi videtur esse iuxta opinionē ho- minum, iuxta eorundem opinionem stultus fiat vt vere sit sapiens	1. corin. 3 d
Sapientem virum vocat scriptura etiam eum qui varia opera artificiose sciuerit facere ex auro, ar- gento, lignis &c.	exod. 35 b
Sapientia replet deus artifices, vt sciant fabrefa- cere omnia ex argento &c.	exo. 31 a. 35 d
Sapiens in ædificanda domo	3. reg. 7 d
Sapientes corde & repleti spiritu prudentiæ vt fa- cerent vestes Aaron	exod. 28 a
Sapientes Aegypti nō possunt interpretari som- nia Pharaonis	gene. 41 b
Sapienter & prudenter ambulandū cum ijs qui à Christi fide sunt alieni	colof. 4 a
Sarai	
Sara	
Sarai sterilis, vxor Abram	gene. 11 d
Sarai ob pulchritudinē ducitur ad Pharaonē, quā ipse à deo percussus restituit Abræ,	gene. 21 d
Sarai dat ancillam Agar marito, ex qua lium	suscipit fi gene. 16 a
Sarai appellatur Sara	gene. 17 c
Saræ promittitur filius Isaac	gene. 17 c. 18 b
Sara negat se risisse	gene. 18 b
Sara ridet sibi seni promitti filium	gene. 18 b
Sara lactat filium suum Isaac	gene. 21 a
Saræ pudor & verecundia	gene. 21 a

INDEX VTRIVSQUE

Sara vult Ismahelem hæreditare cum filio Isaac
 gene. 21 a

Sara vult Ismahelem eijci cū matre Agar: ne sit
 hæres cum filio Isaac
 gene. 21 a

Sara moritur, & ab Abrahā plangitur, gene. 23 a

Sara quomodo dicebatur soror Abrahæ, ge. 20 c

Saræ fides
 heb. 11 c

Sara viro suo obediens, dominum cum vocabat,
 gene. 18 b. 1. pet. 3 a

Sara filia Raguelis patitur improperiū ab ancila
 patris sui,
 tob. 3 b

Saræ oratio cum ieiunio
 tob. 3 b

Sara datur Tobie iuniori vxor
 tob. 7 c

Saræ parentes docent eam officium vxoris pro
 bæ,
 tob. 10 d

Sarephana

A Sarephana muliere pascitur Elias præcepto
 dei, cui bona multiplicantur,
 3. reg. 17 b

Sarug

Sarug nascitur
 gene. 11 c

Saruia

Saruia sororis David filij
 2. para. 2 b

Saruia filios timet David
 2. reg. 3 g

Saruia filiorū consilium carnale respuit David,
 volentium Semei occidere, qui ipsi Dauidi ma
 ledixisset
 2. reg. 16 b. 19 d

Satan

Satan deus huius seculi, infidelium mentes excæ
 cat, ne euāgelium illis illucescat, 2. cor. 4 a. Isque te
 rat à fide diuellere fideles,
 1. thes. 3 b

Satanæ militia sub nomine Behemoth reprehenditur
 iob 41 a

Satan, à dño expetita facultate, bona Iob omnia
 dissipat, & liberos eius percutit
 iob 1 b

Satan apostolos appetiuerat vt cribraret sicut tri
 ticum,

TESTAMENTI. 38

ticum, sed pro eis orauit Christus, vt videas fata
 nam nihil posse absque dei permisso, nec nos pos-
 se eū vitare, nisi Christus oret pro nobis, luc. 22 c
 Satana iubet Paulus tradi Corinthiū fornicato-
 rē, nō vt pereat, sed vt carne afflictus respiscat,
 & spiritus fiat saluus in die iudicij, 1. corin. 5 b
 A Sarana impeditur Paulus, ne eat ad Thessalo-
 nicensēs, 1. thes. 2 d
 Satanas transfiguratur se interdū in angelum lucis
 1. corin. 11 c
 Satanas ligatus soluitur apoc. 20 a b
 Satanam Petrum vocat Christus mar. 8 d
 In Satan erant Dauidi filij Saruix, id est aduersa-
 rij, volentes & impellentes Dauidē vt occideret-
 tur Semei 2. reg. 19 d

Satiatus

Saturare

Satiati rerum omnium abundantia, ne dei obli-
 uiscamur deut. 8 c
 Vt Saturentur dat deus frumentum & oleum di-
 ligentibus se deut. 11 b. leuit. 26 a
 Saturati ne obliuiscamur dei nostri, deut. 6 b c
 Saturatus Israel bonis terræ promissionis, dere-
 liquit deum, conuersus ad idola deut. 32 c
 Saturis vā, & quare luc. 6 d
 Saturata Ruth, defert reliquias ciborum suorum
 ad socrum suam Noemi esurientem, ruth 2 d

Saul

Saul filius Cis 1. reg. 9 a
 Saul quærit asinas patris sui Cis 1. reg. 9 a
 Saul cum famulo nō inueniens asinas patris con-
 sulit deum, adiēs prophetam Samuelē, 1. reg. 9 b
 Vt Saulem vngat in regem super Israelitas, præ-
 cipit deus Samueli 1. reg. 9 c
 Sauli indicat Samuel, ipsum regē futurum super
 Vv 2 Irac

INDEX VTRIVSQUE

- Israellem 1. reg. 9 e
 Saul audiens se futurum regē, super Israelitas, cō-
 fitetur indignitatem suam, 1. reg. 9 c d
 Sauli dat primū locum Samuel in conuiuio, tan-
 quam futuro regi, cum quo multū loquitur post
 conuiuium 1. reg. 9 d
 Saul ministerio Samuelis vngitur à deo in regem
 super Israel 1. reg. 10 a
 Saulis cor immutauit deus, & cum prophetanti-
 bus, psalmos & verba dei cecinit, 1. reg. 10 b. 19 d
 Saul absconderat se ne cōstitueretur rex, 1. re. 10 d
 Saul proceræ staturæ vir 1. reg. 10 d
 Saul constitutus rex à deo, despicitur ab impijs,
 quorum deus nō tetigerat corda: Saul autem dis-
 simulat 1. reg. 10 d
 Saul cōstitutus rex à deo, sequitur boues in agro
1. reg. 11 b
 Saul nō vult vindictam sumi de ijs qui ipsum no-
 lebant acceptare in regem 1. reg. 11 d
 Saulis regnum innouatur in Galgala, 1. reg. 11 d
 Saul duos annos regnauit super Israël, 1. reg. 13 a
 Saul eligit sibi viros fortes & bellatores, con-
 fidens in ipsis 1. reg. 13 a. 14 g
 Saul percutit Philisthæos 1. reg. 14 a
 Saul contra præceptum domini facit holocaustū
1. reg. 13 b
 Saul abiicitur à deo, quod contra dei præceptum
 egerit 1. reg. 13 c
 Saulis tentatio grauis, quod congregatis Philis-
 thæis dilabatur populus, quod Samuel expecta-
 tus non venit, & diffidentia quasi necessitate co-
 ctus sacrificat 1. reg. 13 b
 Saule cessante, & non audente in aduersarios im-
 petum facere propter paucitatē exercitus, deus
 insigni miraculo edit exemplū fiduciæ in deum
per

- per Ionathan, & armigerum eius, 1. reg. 14 a b c
 Saul persequitur Philisthæos 1. reg. 14 c
 Saul ædificat altare deo 1. reg. 14 e
 Sauli consulenti dñm non respondetur quicquã,
 1. reg. 14 f
 Saul superat oēs contra quos pugnat, 1. reg. 14 g
 Saulis filij 1. reg. 14 g. 1. para. 8 d
 Saul iussus occidere Amalecitas, ita vt nihil peni-
 tus relinqueretur, reseruato rege Agag, & ouis-
 bus in sacrificiũ dei, grauissime peccat in deum, à
 deoque abiicitur 1. reg. 15
 Saul agnoscit peccatum suum, & nõ parcitur ei,
 quia non fidit deo 1. reg. 15 f
 Sauli aufertur regnum Israel, & traditur Dauidi
 1. reg. 15 f
 Saulem reprobatũ à deo luget Samuel, 1. reg. 15 g
 Saul dirigit aciem ad pugnandum contra Philis-
 thæos 1. reg. 17 a
 Saulis diffidentia 1. reg. 17 c
 Saul de qua stirpe sit Dauid, interrogat, 1. reg. 17 g
 Saul inuidus irascitur, laudem victoriæ Dauidi
 tribui 1. reg. 18 b
 Sauli & Dauidi à cæde Philisthinorũ reuertenti-
 bus, occurrunt mulieres cantantes tympanis,
 1. reg. 18 c
 Saulem inuadit spiritus dei malus, & psallit Da-
 uid, 1. reg. 18 c
 Saul tentat occidere Dauidẽ, & quare, 1. reg. 18 c
 Saul timet Dauidem, quod deus cum eo esset, 1. reg. 18 c
 Saul promittit Dauidi Merob filiam suam, quã
 alteri dat, 1. reg. 18 d
 Saul hypocrita simulat velle se filiam suam dare
 Dauidi, vt eum traderet in manus Philisthinorũ,
 1. reg. 18 d e

INDEX VTRIVSQUE

- Saul petit à Dauide centum præputia Philisthæ
 norū, vt ea occasione ab eis occidatur, 1. reg. 18 f
 Saul iubet occidi Dauidem 1. reg. 19 a
 Saul nititur confodere Dauidem psallentem,
 1. reg. 19 b
 Saul & ministri persequentes Dauidē, conuersi ad
 deo, pròphetant cum prophetis, 1. reg. 19 d
 Saul suos accusat coniurationis, 1. reg. 22 b
 Saul iubet occidi sacerdotes domini qui pauerant
 Dauidem, 1. reg. 22 d
 Saul descendit cōtra Dauidē in Ceilā, 1. reg. 23 b
 Saul persequitur Dauidē, à quo liberat eum deus
 immittis contra ipsum Philisthæis, quos omisso
 Dauide insequutus est 1. reg. 23 d
 Saul persequitur Dauidē: quem Saulem deus tra-
 dit in manus Davidis 1. reg. 29 a b
 Saul cum fletu agnoscit dei manum, Davidis in-
 nocentiam, suamque iniquitatem 1. reg. 24 d
 Sauli persequēti, parcat Dauid secūdo, 1. reg. 26 a
 Saulē obiurgat Dauid, quod iniuste ipsum perse-
 quitur 1. reg. 26 c
 Saul agnoscit peccatum suum, & misericordiam
 sibi à Dauide factam 1. reg. 26 d
 Saul aufert magos & ariolos 1. reg. 28 a
 Saul philisthæis contra se congregatis, & deo ni-
 hil respondente, Pythonissam consulit, 1. re. 28 a b
 Vide Samuelem suscitatum
 Saul quare abiectus à deo 1. reg. 28 c
 Saulis angustia & desperatio 1. reg. 28 d
 Saul suæ gloriæ nondū oblitus, seipsum occidit,
 1. reg. 31 b. 1. para. 10 a
 Saulis mors & filiorum annuntiatur ipsi Sauli,
 1. reg. 28 c
 Saulis caput defertur in templū idolorum à Phi-
 listhæis 1. reg. 31 c
 Saul

TESTAMENTI. 340

Saulis mors nuntiatur Dauidi 2. reg. 1. a

Saul quare mortuus sit, 1. para. 10 d

Saulem sepeliunt habitatores Iabes Galaad,
1. reg. 31 d. 1. para. 10 d

Saulis regnum decrefcit 2. reg. 3 a

A Saule abftulit deus misericordiã fuã, 2. reg. 7 c

Saulis feptem filij suspenduntur & occiduntur
ob violatum à patre cum Gabaonitis iuramentũ
à filijs Ifrael 2. reg. 21 a b c

Saulis & Ionathæ offa sepelit Dauid, 2. reg. 21 c

Saulus qui & Paulus confentit morti Stephani,
act. 7 g

Scabies

Scabie percutit deus non feruantes præcepta fua
deut. 28 c

Scandalum

Scandalizare

Ne Scandalo effent eis, & à fide dei veri in fiduciã
am idolorum pellicerent eos, præcipit deus omnes
idololatras occidi à Iudejs, deut. 7 c

Scandalizari, eft re aliqua, aut tribulatione induci
ad defertionẽ Chrifti, ne eũ fequamur in fide aut
fidei operibus, vt vides de apoftolis, matt. 26 c

Scandala vocat Chriftus impios mat. 13 f

Ne Scandalizentur fui inter prædicandum, cum
tribulationes viderint, earũ præmonet Chriftus,
ioan. 16 a

Scandalum paffuros apoftolos cũ eum compre-
hendi viderent, prædicat Chriftus, math. 26 c.
mar. 14 c. luc. 22 d

Scandalum Chrifto Iefu obijcit Petrus, volens
contra patris voluntatem auertere ne moreretur
matt. 16 d

Scandalizantur difcipuli aliquot, & à Chrifto
recedunt, & quare ioan. 6 g

INDEX VTRIVSQUE

- Scandalum vitans Christus, tributum soluit,
 mat. 17 d
 Scandalizatur Pharisei Christum audiētes, mat. 15 b
 Si scandalizet nos manus, pes &c. Vide Si ma-
 nus, pes &c.
 Scandalum futurum discipulis ab ijs qui a verita-
 te euangelij deficerēt ob graues afflictiones pre-
 dicit Christus, mat. 24 a
 A Scandalis dehortatur Christus mat. 18 a
 Qui non scandalizatur in Christo, beatus, qui
 nulla re absterretur ac repellitur ne Christo sal-
 uatori fidem habeat, mat. 11 a
